MASTER
NEGATIVE
NO. 93-81351-13

AUTHOR:

STENGEL, ALBERT

TITLE:

DE LUCIANI VERIS HISTORIIS

PLACE:

BEROLINI

DATE:

1911

Master Negative #

93-81351-13

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Stengel, Albert, 1865-
De Luciani Veris historiis. Dissertatio inauguralis quam ... scripsit Albertus Stengel ... Berolini, Ebering, 1911.
94 p. $22\frac{1}{2}$ cm.

Thesis, Rostock.

Volume of pamphlets

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 5-7-96 INITIALS JAMES
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

Inches

De Luciani veris historiis.

Dissertatio inauguralis

quam

ad summos in philosophia honores rite capessendos

consensu et auctoritate

amplissimi philosophorum ordinis

in

alma litterarum Universitate

Rostochiensi

scripsit

Albertus Stengel 1865-
Guestphalus.

BEROLINI
TYPIS EXPRESSIT AEMILIUS EBERING
MCMXI.

De dissertatione probanda ad ordinem rettulit
Rudolfus Helm Dr. Prof. publ. ord.

Rudolfo Helm

S.

Quantopere ex aliis, quos imitatus est, penderet Lucianus, nostris temporibus Rudolfus Helmius probavit, qui in libro, cui inscripsit „Lucian und Menipp“, multa inter se apta colligataque in medium protulit, quibus quantum ille in dialogis ad philosophiam spectantibus petiverit ex Menippo perspicitur et evincitur. Qua re factum est, ut iudicium nostrum de scriptis illis Menippeis quae dicuntur omni fere ex parte et explanaretur et a pravis opinionibus vindicaretur[1]. Haec studia nos quidem continuare conabimur, cum de Luciani veris quae dicuntur narrationibus agamus easque quos ad fontes referendae sint vel quos ad locos priorum spectent, quantum quidem poterimus, ostendamus.

Eiusmodi enim narrationes et in fabulis Romanensibus, quas nunc quidem dicimus, et in rerum scriptorum libris, praesertim post bella ab Alexandro gesta, apud Graecos floruerant, sed maxime illis temporibus ab hominibus libenter et legebantur et credebantur. Itaque dolendum est, quod de hoc litterarum genere prae raritate eorum quae exstant parum iudicare possumus. Neque haec studia quantum tum valerent ad eorum qui legerent animos delectandos, satis censere possemus, nisi Lucianus libro, quo acerbe insectatur scriptorum illorum libidinem fabulas incredibiles conectendi vel rebus gestis inferendi, nobis exemplum dedisset, quod ani-

1. Quod negavit Setti Scritti scelti di Luciano commentati Turin 1910, Loescher, 3. Aufl.

mos nostros adverteret[2]. Nec vero est, quod eum quasi veritatis patronum appellemus[3]; veritatis enim et rationis adversus superstitionem propugnator minime putandus esse videatur, qui rebus ridiculis congestis id unum studet, ut hominibus risum extorqueat[4]. At is liber dicendi suavitate praeter ceteros singularem quendam locum obtinet, quia rhetorem redolere non videtur[5]. Narratiunculas autem illas, quas profert in ‘veris historiis’, certe ex aliis perceperat, qui mira de ignotis terris et hominibus bestiisque, beatorum insulis iustisque populis ac maxime Hyperboreis, portentosa denique multa et fabulosa sive poetae sive rerum scriptores libris suis inseruerant[6]. Specimen igitur et doctrinae et elegantiae praebet liber, quippe quem aetate iam provectus scripsisse videatur[7]. Quod maxime comprobatur priorum ipsius scriptorum quas Helmius demonstravit imitationibus, unde illa certe aetate antecessisse apparet. Quo in libro conscribendo nihil aliud nostra quidem sententia spectavit, nisi ut obsecundaret illius aetatis hominum voluntati atque delectaret eos, qui audiebant[8], in quos apte congruunt Dionis

---

2. Rohde, „Der griech. Roman und seine Vorläufer“ ^{2}, 1900, pg. 204.

3. Hirzel, „Der Dialog“, II pg. 313.

4. Helm, l. c. pg. 6.

5. Thimme, Jahrb. f. Phil. 137 (1888), pg. 566.

6. Susemihl, Al. Lit. I, pg. 310.

7. Rohde, l. c. pg. 204 n. 1.
Schmid, Philol. L (1891), pg. 313.
Ivo Bruns, Mus. Rhen. vol. XLIII, pg. 177.
Cumont Alexandre d'Abonotichos, Extrait du tome XL des Mémoires publiés par l'Académie royale de Belgique 1887, pg. 53.

8. Reitzenstein, „Hellenist. Wundererzählungen“, Lpz. Teubn. 1906, pg. 2.

Chrysostomi verba orat. XXXV 1 (331,13 A): *ὑμεῖς δὲ θαυμασιῶς καὶ περιττῶς ἐπιθυμεῖτε ἀκούειν καὶ μόνων ἀνέχεσθε τῶν πάνυ δεινῶν.*

Similium igitur narrationum nimium studium incredibili modo augendo irridet[9] eosque, qui falsa ementitaque iactent, quae neque ipsi viderint neque cognoverint aliunde, perstringit carpitque quam maxime. Idem, cum illorum hominum studia plane perspexerit[10], imitatur aetatis mores cum ambitione tum quaestus studio adductus. Audiamus verba, quibus se ipse irridet I 4 (131,18) ‘*ἵνα μὴ μόνος ἄμοιρος ὦ τῆς ἐν τῷ μυθολογεῖν ἐλευθερίας*’, quibus adnectere licet haec (hist. quom. conscr. 4) ‘*ὡς μὴ μόνος ἄφωνος εἴην ἐν οὕτω πολυφώνῳ τῷ καιρῷ*’. Quo verbo ‘*πολύφωνος*’ recte significat totam illius aetatis rationem; rhetorica enim studia tum doctissimus quisque summo ardore amplectebatur, sententiis et coloribus tum abundabat oratio; scriptores exsistebant quot folia nascuntur vere. Itaque Lucianus, verus ille quidem sophista, quod quidem nomen ipse *σεμνότατον* dicit ac *πάντιμον* (rhet. praecept. 1), quid valeat narrando et dicendi genere probare contendit[11]. Qua in re quae ex aliis deprompserat adeo excoluit et tam libero pede incessit et verbis et sententiis, ut velut sua vindicare posset. Neque enim quisquam fere est, qui neget illum omnia summa arte

---

9. Rohde l. c. pg. 205. Croiset La vie et les œuvres de Lucien (Paris 1882) pg. 63.

10. cf. Dio Chrysost. l. c. 8 (333, 27): *καὶ τοὺς σοφιστὰς ἀνάγκη τὴν διάνοιαν τῶν ἀκροατῶν ἀναλαβεῖν, τοιαῦτα καὶ λέγοντας καὶ διανοουμένους ὁποῖοί ποτ᾽ ἂν οὗτοι τυγχάνωσιν ὄντες.*

11. Hirzel, l. c. II, pg. 315.

rebus dicendis accommodasse et ineptiarum descriptionem summa iucunditate perfudisse, id quod ipse significat verbis ‘*πιθανῶς καὶ ἐναλήθως ἐκφέρειν ψεύσματα ποικίλα*’ c. 2 (130,6).

Neque solum dicendi genere animos eorum qui legebant eum allexisse apparet, sed etiam arte quadam, qua in narrando singulos scriptores ita castigavit, ut risum moveret. Ipse enim dicit c. 2 (130,7) ‘*ὅτι τῶν ἱστορουμένων ἕκαστον οὐκ ἀκωμῳδήτως ᾔνικται πρός τινας τῶν παλαιῶν ποιητῶν τε καὶ συγγραφέων καὶ φιλοσόφων πολλὰ τεράστια καὶ μυθώδη συγγεγραφότας*’. Eo magis dolendum est, quod evanuerunt multi libri eorum, quos carpsisse sese profitetur; certiora enim et plura, si exstarent, afferre possemus.

E numero autem eorum, quos vexat, appellat nominatim Ctesiam, Herodotum, Jambulum, Homerum, Aristophanem, Archippum. Quare operae pretium fortasse esse videatur ea, quae a viris doctis de scriptoribus illis, quos videtur irrisisse, sparsim investigata ac tractata sunt, colligere novisque, quae ex iis elici posse videantur, copiosius illustrare. Neque enim pauca exstare nobis persuasimus, quae interpretis officium exspectarent. Omittemus vero perscrutari, quo modo inter se conexae esse videantur hae fabulae cum aliis ex orienti in Graeciam perlatis; affatim enim hoc demonstraverunt doctrinae subtilitate Rohdius[12] et Friedlaenderus[13].

Atque narrationis filum retexentibus singula afferre nobis propositum est, cum fieri non possit, ut varias historias distincte secernamus. Textum secuti sumus Niléni in bibl. Teubn. MCMVI. Nonnulla, quae nobis usui erant, protulit Lehmannus in adnotationibus editionis Lipsiensis a. MDCCCXXIII tom. IV. Moderabimur autem ita delectum, ut ea, quae viri docti coniecere de scriptoribus a Luciano diffamatis, suo quidque loco afferamus aliaque addamus. Sed ad singula accedimus.

12. l. c. pg. 206 sq.
13. Sittengeschichte Roms I (1910), pg. 528.

Liber I.

In praefatione dicit de studiorum remissione et docet, quo modo animi corporisque labores sint moderandi. Qua de re saepius iisdem fere et verbis et sententiis disputaverunt alii. Ac primum quidem mentionem facit c. 1 (129,3) *τῆς κατὰ καιρὸν γινομένης ἀνέσεως* (cf. Plat. Leg. IV pg. 724a: *σπουδῆς τε πέρι καὶ ἀνέσεως*) et philosophorum et rhetorum praecepta secutus; nam recte hoc loco admonuit Gilbertus Cognatus (cf. Lehmann pg. 636) de Quintiliani verbis (inst. orat. I. 3. 8): 'danda est tamen omnibus aliqua remissio'. Quibuscum conferre licet Senecae illud (de tranquill. an. IX. 17. 5): 'danda est animis remissio', et Ciceronis (de offic. I 29): 'alter (ingenuus iocus scil.) est, si in tempore fit, ut si remisso animo' sq.

Jam monet Lucianus, ut haec remissio fiat '*μετὰ τὴν πολλὴν τῶν σπουδαιοτέρων ἀνάγνωσιν*' c. 1 (129,8) sitque '*θεωρία οὐκ ἄμουσος*' c. 2 (130,2). Idem fere dicit Cicero l. c. I 29: 'ludo autem et ioco uti illo quidem licet, sed sicut somno et quietibus ceteris tum, cum gravibus seriisque rebus satis fecerimus'. Nec minus monet orator ille clarissimus: 'ipsumque genus iocandi non profusum nec immodestum, sed ingenuum et facetum esse debet'. Recte enim dicit Lucianus relaxare necesse esse animum '*καὶ πρὸς τὸν ἔπειτα κάματον ἀκμαιοτέραν παρασκευάζειν*' c. 1 (129,9). (cf. Seneca l. c. § 5: meliores acrioresque requieti surgent).

Deinde pergit ad propositum eosque scriptores carpendos, qui hominum credulitate abusi miras narrationes quasi veras finxerint. Initium autem capit ab Homero[1], qui Ulixem apud Phaeacas errores facit narrantem, cum verbis utitur c. 3 (131,11) '*πρὸς ἰδιώτας ἀνθρώπους τοὺς Φαίακας*'. Quem *Ἀλκίνου ἀπόλογον* quasi fictae narrationis exemplum iam Plato commemorat Rep. 614b: *Ἀλλ' οὐ μέντοι σοι . . . Ἀλκίνου γε ἀπόλογον ἐρῶ* . . . (cf. schol. 422 Bekk. '*ὅθεν καὶ εἰς παροιμίαν παρελήφθη τὸ τὸν περὶ τῶν ἐν Ἅιδου τι λέγοντα λέγεσθαι Ἀλκίνου λέγειν ἀπόλογον*'). Atque recte Vorstius et Cognatus commentatores (cf. Lehmann pg. 639) illud Juvenalis (XV 23) contulerunt: tam vacui capitis populum Phaeaca putavit. Quanta enim esset poetae Romani cum Luciano affinitas, certis exemplis probavit Helmius[2]. Hoc quoque loco locupletari et confirmari videtur viri docti sententia. Neque enim exigui momenti videtur esse, quod eadem ab utroque exempla ex Homero petita commemorantur, utres tempestatum pleni (Luc. 131,8 — Juv. v. 20), Cyclopes (Luc. 131,8 -- Juv. 18), Circe (Luc. 131,10 — Juv. 22)[3].

---

1. cf. Philops. 2: *ἐκείνους μὲν γὰρ τοὺς παλαιοὺς πρὸ ἐμοῦ σὲ χρὴ εἰδέναι, τὸν Ἡρόδοτον καὶ Κτησίαν τὸν Κνίδιον καὶ . . . τὸν Ὅμηρον αὐτόν . . . ἐγγράφῳ τῷ ψεύσματι κεχρημένους, ὡς μὴ μόνον ἐξαπατᾶν τοὺς τότε ἀκούοντας αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ μέχρι ἡμῶν διικνεῖσθαι τὸ ψεῦδος ἐκ διαδοχῆς ἐν καλλίστοις ἔπεσι καὶ μέτροις φυλαττόμενον.*

2. L. u. M., pg. 60/1. 218 sq.

3. Sed de hac re discrepant aliorum sententiae. Weidnerus in Iuvenalis edit. Lips. MDCCCLXXXIX, pg. 289 adnot. utrumque ex eodem fonte, nimirum Stoico, hausisse censuit, contra Hartmannus

Nec vero esse contendit Lucianus, quod ea miremur, cum ipsi philosophi falsa pro veris dicere non dubitaverint, quos aperte irridet verbis c. 4 (131,14): *σύνηθες ὂν* (scil. *τὸ ψεύδεσθαι*) *καὶ τοῖς φιλοσοφεῖν ὑπισχνουμένοις.* Quod ad Platonem spectare ac maxime quidem ad ea, quae de inferis dicit (Rep. X 614a sq.), iam scholiasta (pg. 18 R.) recte cognovit. Ipse vero studiose asseverat c. 4 (132,1): *ἓν γὰρ δὴ τοῦτο ἀληθεύσω λέγων ὅτι ψεύδομαι . . . διὸ δεῖ τοὺς ἐντυγχάνοντας μηδαμῶς πιστεύειν αὐτοῖς.* Qua in re imitatur Theopompum[4], qui se fabulari incredibilia *ἐξομολογεῖται φήσας ὅτι καὶ μύθους ἐν ταῖς ἱστορίαις ἐρεῖ, κρεῖττον ἢ ὡς Ἡρόδοτος καὶ Κτησίας καὶ Ἑλλάνικος καὶ οἱ τὰ Ἰνδικὰ συγγράψαντες.*

Neque premit vestigia Antonii Diogenis, quem '*πηγὴν καὶ ῥίζαν τοῦ περὶ ἀληθῶν διηγημάτων*' recte nominat Photius[5], nam ille *ἔχει περὶ τῶν πλείστων αὐτῷ μυθολογηθέντων ἀρχαιοτέρων μαρτυρίας, ἐξ ὧν σὺν καμάτῳ ταῦτα συναθροίσειε*[6]. Apertius vero verbis c. 4 (132,3) *γράφω τοίνυν περὶ ὧν μήτε*

(‚Iuvenes dum sumus', Basil. 1907, pg. 18 sq.) Lucianum Iuvenalis satiris usum esse prorsus negavit. Quod vero hic verbis utitur pg. 26: Die durchaus selbständige Formulierung des Einzelnen bietet keinerlei Anlaß, an bewußte oder unbewußte Nachahmung des röm. Satirikers zu denken, id quidem multis exemplis, quae ex ver. hist. nascuntur, refelli videtur. Quamquam enim ipse quos incessiverit auctores declarat, tamen ea, quibus usus est, exempla ita deformavit, ut ars eius haud exigua eorum ridicule et mutandorum et augendorum luculenter appareret.

4. Apollod. ap. Strab. I 2, 35 (C. 43) (Rohde l. c. pg. 223 n. 1).
5. bibl. cod. 166 (111 b 36).
6. Phot. pg. 111 a 36.

εἶδον μήτε ἔπαθον μήτε παρ' ἄλλων ἐπυθόμην[7] ridet non immerito ille quidem similes locos, qui inveniuntur apud eos, quorum exemplum secutus videtur esse, velut apud Herodotum

I 52: *τὰ ἔτι καὶ ἀμφότερα ἐς ἐμὲ ἦν κείμενα ἐν Θήβῃσι,*
I 66: *αἱ δὲ πέδαι . . . ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἦσαν σόαι ἐν Τεγέῃ,*
I 22: *ὡς ἐγὼ πυνθάνομαι,*
II 99: *μέχρι μὲν τούτου ὄψις τε ἐμὴ καὶ γνώμη καὶ ἱστορίη ταῦτα λέγουσά ἐστι, τὸ δὲ ἀπὸ τοῦδε Αἰγυπτίους ἔρχομαι λόγους ἐρέων, κατὰ ἤκουον.*

Alia, quae huc spectant, legimus apud Ctesiam[8]: '*ταῦτα γράφων καὶ μυθολογῶν Κτησίας λέγει τἀληθέστατα γράφειν, ἐπάγων ὡς τὰ μὲν αὐτὸς ἰδὼν γράφειν, τὰ δὲ παρ' αὐτῶν μαθὼν τῶν ἰδόντων*', nec minus apud Antonium Diogenem[9]: *εἰσάγεται διηγούμενος ἅπερ τε αὐτὸς κατὰ τὴν πλάνην θεάσαιτο ἢ καὶ ἄλλων θεασαμένων ἀκήκοε.*

Pergit autem dicere Lucianus, quo gravior fiat irrisio, c. 4 (132,5): *ἔτι δὲ μήτε ὅλως ὄντων μήτε τὴν ἀρχὴν γενέσθαι δυναμένων.* Quae verba Solano[10] videntur spectare ad ea, quae apud Plutarchum (conviv. 154 A) de Homeri cum Hesiodo certamine traduntur: *Μοῦσά μοι ἔννεπ' ἐκεῖνα τὰ μήτ' ἐγένοντο πάροιθεν Μήτ' ἔσται μετόπισθεν.* Quae sententia eo probari videtur, quod Lucianus ipse hoc poetarum certamen commemoravit II 22 (pg. 185,1).

---

7. cf. Philops. c. 22 in. *ἄκουε τοίνυν . . . τοῦτο μὲν καὶ ἐπὶ μαρτύρων, ὃ πρὸ ἐτῶν εἶδον.* c. 33 in. *ἐγὼ δὲ ὑμῖν καὶ ἄλλο διηγήσομαι αὐτὸς παθών, οὐ παρ' ἄλλου ἀκούσας.*
8. Phot. l. c. cod. 72 pg. 49/50.
9. Phot. l. c. cod. 166 pg. 109 b 7 sq.
10. Lehm l. c. pg. 639.

Praefatur igitur de narrationis ratione, qua re adductus iter susceperit c. 5 (132,10): *αἰτία δέ μοι τῆς ἀποδημίας καὶ ὑπόθεσις ἡ τῆς διανοίας περιεργία καὶ πραγμάτων καινῶν ἐπιθυμία* (cf. II 10 [175,2] *τῆς μὲν φιλοπραγμοσύνης καὶ τῆς ἀποδημίας*). Lusisse autem his verbis Lucianus videtur temerarias peregrinationes, quales in fabulis Romanensibus quas dicimus inveniuntur[11]. Idem enim dicit Antonius Diogenes[12]: *εἰσάγεται ... Δεινίας κατὰ ζήτησιν ἱστορίας.* Apud Herodotum quoque scriptum invenimus I 29: *κατὰ θεωρίης πρόφασιν ἐκπλώσας* (id I 30: *γῆν πολλὴν θεωρίης εἵνεκεν ... ἐπελήλυθας*), atque apud Apuleium met. II 1 (24,19 H): 'cupidus cognoscendi quae rara miraque sunt ... suspensus alioquin et voto simul et studio, curiose singula considerabam'. —

Omnibus igitur rebus comparatis cum quinquaginta sociis ab Herculis columnis iter ingreditur, similiter atque Jambulus (ap. Diodor. II 55), quem ipse se ludibrio habiturum esse dicit c. 3 (130,15). Narrat enim Lucianus (132,14): *πάμπολλα μὲν σιτία ἐνεβαλόμην, ἱκανὸν δὲ καὶ ὕδωρ ἐνεθέμην* (Diod. II 55,3: *τροφὴν ... ἱκανὴν εἰς ἓξ μῆνας ἐνθέμενοι*) ... *καὶ τὴν ναῦν — ἄκατος δὲ ἦν — ὡς πρὸς μέγαν καὶ βίαιον πλοῦν ἐκρατυνάμην* (Diod. *πλοιάριον κατεσκευασμένον τῷ μεγέθει σύμμετρον, τοὺς δ'ἐν τῇ θαλάττῃ χειμῶνας ἀναφέρειν ἰσχῦον*). Deinde magna tempestate undeoctoginta dies per mare actus tandem ad insulam advehitur c. 6 (133,7). Idem accidit Jambulo (cf. Diod. 55,6: *πλεύσαντας πέλαγος μέγα καὶ χειμασθέντας ἐν μησὶ τέτταρσι προσενεχθῆναι ... νήσῳ.* Luc. 133,5: *ἐχειμαζόμεθα ἡμέρας ἐννέα καὶ ἑβδομήκοντα ... καθορῶμεν οὐ πόρρω νῆσον*).

11. Rohde l. c. pg. 278 n. 2.

12. Phot. l. c. pg. 109 a 13.

Ac primum quidem ipse cum viginti sociis progreditur '*ἐπὶ κατασκοπῇ τῶν ἐν τῇ νήσῳ*' c. 6 (133,14). Qua in re Homeri narratio obversata videtur esse Luciano (Od. IX 88 sq.:

δὴ τότ' ἐγὼν ἑτάρους προΐειν πεύθεσθαι ἰόντας,
οἵ τινες ἀνέρες εἶεν ἐπὶ χθονὶ σῖτον ἔδοντες
ἄνδρε δύω κρίνας ..)

Brevi post primum ei occurrit miraculum c. 7 (133,19): *ἦν δὲ καὶ ἴχνη δύο πλησίον ἐπὶ πέτρας, τὸ μὲν πλεθριαῖον ... ἐμοὶ δοκεῖν, ... Ἡρακλέους.* Quo vexari vidit Belinus[13] Herodoti illud IV 82: *ἴχνος Ἡρακλέος φαίνουσι ἐν πέτρῃ ἐνεόν ... ἔστι δὲ τὸ μέγαθος δίπηχυ* (vide quantopere auxerit Lucianus rem miram). Cui loco alium Herodoti perquam memorabilem (II 91, addere licet: *σανδάλιόν τε αὐτοῦ* (*Περσέος* scil.) *πεφορημένον εὑρίσκεσθαι, ἐὸν τὸ μέγαθος δίπηχυ.* Apparet vero Lucianum narrationes de Indorum terra factas secutum esse Bacchum et Herculem commemorantem, quorum utrumque apud illos regnasse memoriae proditur[14].

Jam in aliam rem miram incidunt c. 7 (134,3): *ἐφιστάμεθα ποταμῷ οἶνον ῥέοντι.* Eiusdem generis apud ipsum non desunt alia exempla, velut II 13 (177,13): *καὶ ποταμοὶ γάλακτος ἑπτὰ καὶ οἴνου ὀκτώ*, vel II 3 (170,3): *εἰς πέλαγος ἐμβαίνομεν, οὐχ ὕδατος, ἀλλὰ γάλακτος,* ibid. (170,8) *αἱ δὲ ἄμπελοι ..., οὐ μέντοι οἶνον, ἀλλὰ γάλα ἐξ αὐτῶν ἀποθλίβοντες ἐπίνομεν*, vel II 11 (175,16): *ποταμὸς μύρου τοῦ καλλίστου.* Quibus verbis planissime efficitur, ut rideat Ctesiam, in quem recte cadit illud Photii '*τὸ ἐγγὺς τοῦ μυθώδους (τὴν*

13. Lehm. l. c. pg. 642.

14. vid. ea, quae narravisse Megasthenem auctor est Diodorus II 38. 39.

ἱστορίαν) διαποικίλλειν[15]. Qui complures eiusmodi fontes teste Photio in Indis memorat.[16] E quibus elegimus: *καὶ ἐν Νάξῳ κρήνην ἐξ ἧς οἶνος ἐνίοτε ῥεῖ* (pg. 46a 33), vel *λίμνη, ἐν ᾗ ἀνέμου μὴ πνέοντος ἔλαιον ἐφίσταται* (ib. b. 18), vel *καὶ ποταμόν φησι ἐκ πέτρας ῥέοντα μέλι* (ib. b. 41). Idem de Indorum terra dicit Dio Chrysostomus XXXV 18 (336,18 A): *ἐκεῖ γάρ, ὥς φασι, ποταμοὶ ῥέουσιν οὐχ ὥσπερ παρ' ὑμῖν ὕδατος, ἀλλ' ὁ μὲν γάλακτος, ὁ δὲ οἴνου διαυγοῦς, ἄλλος δὲ μέλιτος, ἄλλος δὲ ἐλαίου.* Nec praetermittenda videntur esse Ps. Callisthenis verba[17]: *γλυκεῖ ὕδατι ὑπερβάλλοντι τὸ μέλι γλυκύτητι.* Apud Strabonem quoque (XV 1,64 [c. 715]) Calanum sophistam de Indorum terra Onesicrito narravisse scriptum invenimus: *καὶ κρῆναι δ' ἔρρεον αἱ μὲν ὕδατος, γάλακτος δ' ἄλλαι καὶ ὁμοίως μέλιτος, αἱ δ' οἴνου, τινὲς δ' ἐλαίου.* Iambulum denique similes res miras commemoravisse auctor est Diodorus II 58,7: *ἡ δὲ περὶ τὴν νῆσον θάλαττα . . . γλυκεῖα τὴν γεῦσιν καθέστηκε,* et II 59,9: *τὸ δὲ τῶν θερμῶν πηγῶν ὕδωρ γλυκύ.*

Nec satis habet Lucianus hoc attulisse, iam aliud addit non minus mirum de magnis, quas viderit, vitibus c. 8 (135,4): *ἀμπέλων χρῆμα τεράστιον. τὸ μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς γῆς, ὁ στέλεχος αὐτὸς εὐερνὴς καὶ παχύς, τὸ δὲ ἄνω γυναῖκες ἦσαν . . .*

---

15. l. c. pg. 45 a 15.

cf. Plut. Artax. c. 1: *μύθων ἀπιθάνων καὶ παραφόρων ἐμβέβληκεν εἰς τὰ βιβλία παντοδαπὴν πυλαίαν,* et Tzetzae Chil. VII hist. 144, 643: *τοιαῦτα καὶ καινότερα θεάσασθαι ἐν βίῳ, Κτησίας καὶ Ἰάμβουλος.*

16. Lehm. l. c. pg. 642.

17. hist. Alex. (1896) pg. 80, 26 R.

τοιαύτην παρ' ἡμῖν τὴν Δάφνην[18] *γράφουσιν . . . αἱ δὲ καὶ μίγνυσθαι ἡμῖν ἐπεθύμουν.*

Belinus[19] h. l. putavit scriptorem alludere ad vitem e Mandanes gremio natam, de qua per somnium ab Astyage visa dicit Herodotus I 108. At magnopere discrepare hanc narrationem ab illa primo obtutu apparet. Melius fortasse congruere videtur alia de mira virgine ex Herodoto (IV 9) petita: *τῆς μὲν ἄνω ἀπὸ τῶν γλουτῶν εἶναι γυναικός, τὰ δὲ ἔνερθε ὄφιος . . . τὴν δὲ φάναι . . . οὐκ ἀποδώσειν ἐκείνῳ πρὶν ἤ οἱ μιχθῆναι*[20].

Duos vero socios amisit c. 8 (135,18), qui avelli non possent, qua quidem re scholiasta (pg. 19) recte vidit cavillari Lucianum loti vim, quam Homerus Od. IX 95 duos nuntios (cf. *ἄνδρε δύω κρίνας*) passos esse narrat *οὐκέτ' ἀπαγγεῖλαι πάλιν ἤθελεν οὐδὲ νέεσθαι.* Idem fere fit iis, qui osculati erant virgines: *οὐκέτι ἀπελύοντο.* De Sirenis idem dicit Homerus Od XII 41 sq.:

ὅς τις ἀιδρείῃ πελάσῃ καὶ φθόγγον ἀκούσῃ
Σειρήνων, τῷ δ' οὔ τι γυνὴ καὶ νήπια τέκνα
οἴκαδε νοστήσαντι παρίσταται οὐδὲ γάνυνται.

Sed cum Ulixi contingat, ut omnes incolumes abducat '*κλαίοντας ἀνάγκῃ*', Lucianus duos coalescentes facit cum miris illis feminis. Quam rem fortasse petivit ex fabula, qualem narravit Ovidius (Metam. IV 288 sq.) de Herm-

---

18. cf. dial. deor. 2. 14. 15. Parthen. c. 15.

Achill. Tat. I 5.

19. Lehm. l. c. pg. 642.

20. aliquo modo conferri potest Parthenii de Hercule et Celtina narratio c. 30: *ταύτην δὲ ἐρασθεῖσαν τοῦ Ἡρακλέους κατακρύψαι τὰς βοῦς, μὴ θέλειν τε ἀποδοῦναι, εἰ μὴ πρότερον αὐτῇ μιχθῆναι.*

aphrodito[21] et Salmacide[22] (cf. v. 373/4: nam mixta duorum corpora iunguntur).

Nec minus illud miramur, quod narrat Achilles Tatius c. 3: *ἐδόκουν συμφῦναι τῇ παρθένῳ τὰ κάτω μέρη μέχρις ὀμφαλοῦ, δύο δὲ ἐντεῦθεν τὰ ἄνω σώματα.*

Duobus igitur sociis amissis ad litus redeunt c. 9 (136,5): *καὶ δὴ λαβόντες ἀμφορέας τινὰς καὶ ὑδρευσάμενοί τε ἅμα καὶ ἐκ τοῦ ποταμοῦ οἰνισάμενοι καὶ αὐτοῦ πλησίον ἐπὶ τῆς ἠόνος αὐλισάμενοι ἕωθεν ἀνήχθημεν.* Quibus verbis Homeri exemplum videtur secutus esse, qui Ulixem narrantem facit Od. IX 556/61: *ὣς τότε μέν πρόπαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα*
ἥμεθα δαινύμενοι κρέα τ' ἄσπετα καὶ μέθυ ἡδύ.
ἦμος δ' ἠέλιος κατέδυ καὶ ἐπὶ κνέφας ἦλθεν,
δὴ τότε κοιμήθημεν ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης.
ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος Ἠώς,
δὴ τότ' ἐγὼν ...

Qua insula relicta subito navis ingenti tempestate elata septem dies et noctes (cf. pg. 57) per aerem rapitur; denique ad aliam terram appellunt. Narrat enim c. 10 (136,15) *καθορῶμεν γῆν τινα μεγάλην ἐν τῷ ἀέρι καθάπερ νῆσον, λαμπρὰν καὶ σφαιροειδῆ* ... et paulo post audisse sese c. 11 (138,5) *εἶναι δὲ τὴν γῆν ἐκείνην τὴν ἡμῖν κάτω φαινομένην σελήνην.* Lunam igitur ingressi desuper noctu alias insulas, astra videlicet[23], conspiciunt, luce terram ipsam, quam reliquerant. Eodem argumento Lucianus quamquam iam antea usus erat in dialogo, qui inscribitur Icaromenippus[24], tamen haud dubium videtur esse, quin hoc loco An-

21. cf. dial. deor. 15, 2. 23, 1.

22 Lehm. l. c. pg. 643.

23. Plut. de gen. Socr. 591 C: *αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι νῆσοι θεοὺς ἔχουσι.*

tonii Diogenis miras migrationes acerrime castiget[25]. Legimus enim apud Photium[26]: *καὶ τὸ πάντων ἀπιστότατον, ὅτι πορευόμενοι πρὸς Βοῤῥᾶν ἐπὶ σελήνην, ὡς ἐπί τινα γῆν καθαρωτάτην, πλησίον ἐγένοντο, ἐκεῖ τε γενόμενοι ἴδοιεν ἃ εἰκὸς ἦν ἰδεῖν τὸν τοιαύτην ὑπερβολὴν πλασμάτων προαναπλάσαντα.* Sed ad haec verba ab illo[27] addita non satis attendisse videntur critici: *πολλῶν ἀπιστοτάτων θεαμάτων περί τε ἀνθρώπους καὶ ἕτερα ζῷα περί τε αὐτὸν ἥλιον καὶ σελήνην καὶ φυτὰ καὶ νήσους ἐξηγητὴς αὐτῇ καταστάς, ὕλην ἄφθονον παρέσχε μυθοποιίας.* Utinam haberemus abundantem illam, de qua dicit, materiam. Nonne his verbis omnia videntur contineri, quae apud Lucianum ipsum leguntur? Quae omnia obtecta tenebrarum obscuritate iacebunt.

Iam incipit cumulare miracula. Ac primum quidem incidunt c. 11 (137, 9) in equites, quos vocat *Ἱππόγυποι*, Centaurorum formis in ridiculum versis (*ἄνδρες ἐπὶ γυπῶν μεγάλων ὀχούμενοι*). Simili modo Iambulum insulae beatorum appropinquantem excipiunt incolae. (cf. Luc. 11 [137, 9] *τοῖς Ἱππογύποις ... ἀπαντήσαντες* — Diod. II 56, 1: *τῶν ἐγχωρίων τινὰς ἀπαντήσαντας.*) Atque praeter duos locos II 19 (188, 2) et II 12 (176, 4), quos Rohdius[28] attulit, hoc potissimum illius narratio carpi videtur. Legimus enim apud Dio-

24. cf. c. 11: *ἐπεὶ δὲ κατ' αὐτὴν ἤδη τὴν σελήνην ἐγενόμην.* Eodem modo Cynicum illum desuper terram facit inspicientem (c. 13 sq.)

Alia mirarum migrationum exempla luculentissima vid. ap. Helmium L. u. M. pg. 80 n. 4.

25. Rohde l. c. pg. 206 n. 4.

26. l. c. pg. 111 a 7.

27. l. c. pg. 110 a 10.

28. l. c. pg. 243 n. 1.

dorum II 58, 5: *ὄρνεον εὐμέγεθες*[29] (h. l. 137, 14 *νεὼς γὰρ μεγάλης φορτίδος ἱστοῦ ἕκαστον τῶν πτερῶν μακρότερον*) *ἰδιάζον τῇ φύσει* (137, 13 *ὡς ἐπίπαν τρικέφαλοι*) *ἀναλαμβάνουσι* (*τὰ νήπια* scil.) *ἐπὶ τὰ ζῷα, καὶ τούτων πετομένων τὰ μὲν τὴν διὰ τοῦ ἀέρος φορὰν ὑπομένοντα τρέφουσι* . . . .

Idem vero dicere licet de iis, quae Diodorus ex Iambuli libris deprompsit, ac de Antonii Diogenis libris. Admodum enim pauca exstant apud illum, quam ut, quantopere Lucianus ex illo pendeat, iudicare possimus. Ipse enim Diodorus omisisse sese profitetur ea, quae de Indorum terra ille scripsisset[30]. Sed quamquam Rohdio[31] assentiemur ea, quae Diodorus attulerit, vere esse compilatoris opus, qui Iambuli narrationem obiter carptimque tractaverit, tamen, cum Lucianus hunc in primis nominaverit e numero eorum, quos secutum se esse profitetur, ea, quae in veris historiis similitudinem quandam praebent, optimo iure ad illum referre nobis liceat. Saepius igitur ad illum recurrere nobis visum est. Quae singulos locos perlustrantes afferre e re erit.

Atque apparet, quantopere Lucianus auxerit rei admirationem aliis auctoribus adhibitis; nam verba ipsa c. 11 (137, 14) '*νεὼς γὰρ μεγάλης φορτίδος ἱστοῦ ἕκαστον τῶν πτερῶν μακρότερον καὶ παχύτερον φέρουσι*' (cf. c. 18 [144, 9] *τῶν δὲ ἵππων [μέγεθος] ὅσον νεὼς μεγάλης φορτίδος*) in comparationem vocari possunt cum iis, quae de Cyclopis clava dicit Homerus Od. IX 322/3:

29. cf. Icar. 3: *ἀετὸν εὐμεγέθη*.

30. cf. c. 60, 4: *ὁ δὲ Ἰαμβοῦλος . . . οὐκ ὀλίγα συνετάξατο τῶν ἀγνοουμένων παρὰ τοῖς ἄλλοις*.

31. l. c. pg. 243 n. 1.

ὅσσον θ᾽ ἱστὸν νηὸς ἐεικοσόροιο μελαίνης,
φορτίδος εὐρείης, ἥτ᾽ ἐκπεράᾳ μέγα λαῖτμα.

Nec minus quodam modo quae dicit de mira altitudine cum Ctesiae[32] verbis congruere videntur: *τὸ δὲ ὕψος ὅσον μυριοφόρου νεὼς ἱστός*. Eiusdem autem generis vana commenta Lucianus aliis locis repetivit, velut c. 13 (140, 1): *μέγεθος τῶν ψυλλῶν ὅσον δώδεκα ἐλέφαντες*, vel c. 15 (141, 5): *ἀράχναι . . . πολὺ τῶν Κυκλάδων νήσων ἕκαστος μείζων*, vel c. 18 (144, 7) *μέγεθος ἀνθρώπων ὅσον τοῦ Ῥοδίων κολοσσοῦ* (cf. Icar. 12) *ἐξ ἡμισείας ἐς τὸ ἄνω* (cf. Iambul. ap. Diod. II 59, 5: *ζῴων δὲ παρηλλαγμένας φύσεις καὶ διὰ τὸ παράδοξον ἀπιστουμένας*), vel II 37 (198, 7) *πλοῖα . . . κολοκύνθινα τὸ μῆκος πήχεων ἑξήκοντα*, vel II 38 (199, 4) *κελύφη καρύων ἡμίτομα, μέγεθος δὲ ἑκάστου ἡμιτόμου εἰς μῆκος ὀργυιαὶ πεντεκαίδεκα*.

Qua in re cum alios tum Herodotum facetissime videtur perstringere, cuius e libris eximiae magnitudinis expiscari licet exempla haec

I 60: *γυνή, μέγαθος ἀπὸ τεσσέρων πήχεων ἀπολείπουσα τρεῖς δακτύλους*, vel

I 68: *ἐπέτυχον σορῷ ἑπταπήχεϊ . . . καὶ εἶδον τὸν νεκρὸν μήκεϊ ἴσον ἐόντα τῇ σορῷ*.

Similia autem Iambulum ipsum de insulae beatae incolis dixisse legimus apud Diodorum II 56, 2: '*κατὰ τὸ μέγεθος* '*περάγειν τοὺς τέτταρας πήχεις*', atque Theopompum ap. Aelianum var. hist. III 18: *καὶ τοὺς ἀνθρώπους δὲ τῶν ἐνταῦθα διπλασίονας τὸ μέγεθος*. Hecataei Abderitae quoque locus[33]

32. Phot. l. c. pg. 45 b 26.

33. ap. Aelian, H. A. XI, 1 (Müller F. H. G. II 387 fr. 4).

idoneus videtur esse, quem afferamus: *ἱερεῖς ἑξαπήχεις τὸ μῆκος*. Illud quoque e re erit commemorare, quod de lunae incolis Pythagoreos dixisse auctor est [Plutarchus][34]: *εἶναι γὰρ πεντεκαιδεκαπλασίονα τὰ ἐπ' αὐτῆς ζῷα*, quod idem Herodorum Heracleensem dixisse monuit Rohdius[35]: *τοὺς ἐκεῖ γεννωμένους πεντεκαιδεκαπλασίονας ἡμῶν εἶναι*.

Deinde ad regem Endymionem[36] adducti benigne excipiuntur (138, 6), eodem modo quo Iambulus ab incolis illius insulae (cf. Diod. II 56, 1: *προσενεχθῆναι δὲ αὐτοῖς ἐπιεικῶς καὶ μεταδιδόναι τῶν παρ' αὐτοῖς χρησίμων*). Ille quidem consolatur Lucianum eiusque comites similiter atque Icaromenippum in luna versantem Empedocles philosophus (Icar. 13). Idem promittit c. 12 (138, 8) se illos beatissimos redditurum esse bello, quod Phaethonti[37], regi solis incolarum[38], illaturus sit, feliciter confecto.

Idem Cyrum Milesiorum exsulibus atque militibus promisisse narrat Xenophon (An. I 2, 2; 7, 4).

Insequenti die per speculatores hostes appropinquare certiores facti (videmus, quam diligenter rerum scriptorum usum sequatur) cum rege ad proelium proficiscuntur c. 13 (139, 6). Nec minus facete in acie describenda cavillatur Herodotum (cf. VII 60, IX 70), cum militum numerum ridicule auctum afferat (139, 8): *τὸ μὲν οὖν πλῆθος τῆς στρατιᾶς*

34. de plac. phil. 892.
35. l. c. pg. 289 n. (Müller F. H. G. II 35 fr. 28).
36. de quo Luc. deor. conc. 8. dial. mort. 11.
(cf. Icar. 13: *μὰ τὸν Ἐνδυμίωνα*).
37. cf. dial. deor. 25. Tim. 4.
38. cf. Lactant. III 23, 14: Seneca fuisse inter Stoicos ait, qui deliberarent, utrumne soli quoque suos populos darent.

δέκα μυριάδες ἐγένοντο ἄνευ τῶν σκευοφόρων καὶ τῶν μηχανοποιῶν καὶ . . ξένων συμμάχων. Verbo quoque adhibito '*ἐτετάχατο*' Thucydidis usum imitatur (cf. V 6 ex. VII 4, 6). In militibus autem enumerat singulari et specie et magnitudine praeditos *Λαχανοπτέρους, Κεγχροβόλους, Σκοροδομάχους, Ψυλλοτοξότας*. Mirum quoque quod dicit de iis, quos appellat *Ἀνεμοδρόμοι* (140, 2); fabulatur enim de iis: *χιτῶνας ποδήρεις ὑπεζωσμένοι κολπώσαντες αὐτοὺς τῷ ἀνέμῳ καθάπερ ἱστία φέρονται ὥσπερ τὰ σκάφη*. Qua re facete videtur alludere ad Xenophontis narrationem An. I 5, 3: *πολὺ γὰρ ἀπέσπα* (scil. *στρουθός*) *φεύγουσα, τοῖς μὲν ποσὶ δρόμῳ, ταῖς δὲ πτέρυξιν αἴρουσα, ὥσπερ ἱστίῳ χρωμένη*.

Simulat autem serio se res gestas narrare ad fidei normam, quasi vereatur res non satis testium auctoritate firmatas proferre[39], ut scripsit c. 13 (140, 9) *τούτους ἐγὼ οὐκ ἐθεασάμην· οὐ γὰρ ἀφίκοντο. διόπερ οὐδὲ γράψαι τὰς φύσεις αὐτῶν ἐτόλμησα· τεράστια γὰρ καὶ ἄπιστα περὶ αὐτῶν ἐλέγετο*, (cf. Tac. Germ. 46 ex. 'cetera iam fabulosa: Hellusios et Oxionas ora hominum voltusque, corpora atque artus ferarum gerere: quod ego ut incompertum relinquam'. id. 3 ex. 'quae neque confirmare argumentis neque refellere in animo est'.), vel c. 18 (144, 9) *τὸ μέντοι πλῆθος αὐτῶν οὐκ ἀνέγραψα, μή τῳ καὶ ἄπιστον δόξῃ*, verbis quoque rerum scriptorum usum secutus, (cf. Thuc. III 113, 6: *καὶ ἀριθμὸν οὐκ ἔγραψα τῶν ἀποθανόντων, διότι ἄπιστον τὸ πλῆθος λέγεται πρὸς τὸ μέγεθος τῆς πόλεως*. id. V 68, 2 *τὰ πλήθη ἠπιστεῖτο*.) vel c. 25 (150, 7): *περὶ μέντοι τῶν ὀφθαλμῶν, οἵους ἔχουσιν, ὀκνῶ μὲν εἰπεῖν, μή τίς με νομίσῃ ψεύδεσθαι διὰ τὸ ἄπιστον*

39. cf. Croiset l. c. pg. 63: d'un ton de bonne foi simple et naturelle, qui est la fine parodie des narrations fabuleuses.

τοῦ λόγου. Luculenta autem apparet similitudo etiam cum Herodoti verbis I 193: *ἐξεπιστάμενος μνήμην οὐ ποιήσομαι, εὖ εἰδὼς ὅτι τοῖσι μὴ ἀπιγμένοισι . . . εἰς ἀπιστίην πολλὴν ἀπῖκται.* Ea quoque respicienda videntur esse quae dicit Ctesias[40]: *πολλὰ δὲ τούτων καὶ ἄλλα θαυμασιώτερα παραλιπεῖν διὰ τὸ μὴ δόξαι τοῖς μὴ τεθεαμένοις ἄπιστα συγγράφειν.* Lucianus autem etiam aliorum testimonium corrigere sese fingit, velut II 32 (194, 3): *πρῶτον δὲ βούλομαι περὶ τῆς πόλεως εἰπεῖν, ἐπεὶ μηδὲ ἄλλῳ τινὶ γέγραπται περὶ αὐτῆς, ὃς δὲ καὶ μόνος ἐπεμνήσθη Ὅμηρος, οὐ πάνυ ἀκριβῶς συνέγραψεν,* hac quoque re facete historicorum morem secutus, cum iisdem fere verbis utatur Thucydides I 97, 2: *ὅσπερ καὶ ἥψατο . . . Ἑλλάνικος . . . οὐκ ἀκριβῶς ἐπεμνήσθη.*

Iam vero in describendo proelio inter Phaethontem et Endymionem commisso c. 14 (140,13) Lucianum Xenophontis narrationem secutum esse multa sunt, quae fidem faciant. Quod quo manifestius fiat, adumbrare utriusque aciem utile esse videatur. Endymionis igitur acies apud Lucianum haec c. 15 (140,20) *ἐτάξαντο ὧδε· τὸ μὲν δεξιὸν κέρας εἶχον οἱ Ἱππόγυποι καὶ ὁ βασιλεὺς τοὺς ἀρίστους περὶ αὐτὸν ἔχων·* (Xen. An. I 8,6 *Κῦρος καὶ οἱ ἱππεῖς τούτου.* id. I 8,27 *οἱ ἄριστοι περὶ αὐτόν.*) *τὸ δὲ εὐώνυμον οἱ Λαχανόπτεροι . . . τὸ μέσον δὲ οἱ σύμμαχοι ὡς ἑκάστοις ἐδόκει.*

Cyri autem acies apud Xenophontem (An. I 8,4) describitur ita: *ἔνθα δὴ . . . καθίσταντο, Κλέαρχος μὲν τὰ δεξιὰ τοῦ κέρατος ἔχων . . . Πρόξενος δὲ ἐχόμενος, οἱ δὲ ἄλλοι μετὰ τοῦτον, Μένων δὲ τὸ στρατεύματος εὐώνυμον κέρας ἔσχε.* Hostium autem acies apud Lucianum haec c. 16 (141,11): *τῶν*

40. Phot. l. c. pg. 50, 1.

δὲ πολεμίων τὸ μὲν εὐώνυμον εἶχον οἱ Ἱππομύρμηκες καὶ ἐν αὐτοῖς ὁ Φαέθων . . . ἐπὶ δὲ τοῦ δεξιοῦ αὐτῶν ἐτάχθησαν οἱ Ἀεροκώνωπες, πάντες τοξόται, μετὰ δὲ τούτους οἱ Α., ψιλοί τε ὄντες καὶ πεζοί, ἐχόμενοι δὲ αὐτῶν οἱ Κ., ὁπλῖται ὄντες . . . πλησίον δὲ αὐτῶν οἱ Κ., . . . ἐπὶ βαλάνων πτερωτῶν μαχόμενοι. Apud Xenophontem autem Persarum regis acies haec An. I 8,9: *καὶ ἦσαν ἱππεῖς μὲν λευκοθώρακες* (vid. ap. Luc. 140,15 *θώρακες φολιδωτοὶ πάντες θέρμινοι*) *ἐπὶ τοῦ εὐωνύμου . . . ἐχόμενοι δὲ γερροφόροι, ἐχόμενοι δ' ὁπλῖται . . . ἄλλοι δ' ἱππεῖς, ἄλλοι τοξόται.* Cavillatur igitur Lucianus rerum scriptorum morem, quo copiarum numerum et ordinem narrare solent. Mira quoque quae de armis Endymionis militum dicit c. 14 (140,14): *κράνη ἀπὸ τῶν κυάμων: . . . θώρακες δὲ φολιδωτοὶ πάντες θέρμινοι* (cf. Xen. An. I 8,6 *ὡπλισμένοι θώραξι μὲν αὐτοὶ κ. π. καὶ κράνεσι πάντες*). Quae verba revocanda esse monuit Reitzius[41] ad murium arma ab Homero Batrach. 123 descripta:

κνημῖδας μὲν πρῶτα . . .
ῥήξαντες κυάμους χλωρούς . . .
θώρακας δ' εἶχον καλαμοστεφέων ἀπὸ βυρσῶν.

Imitatur quoque Lucianus historicorum illud '*τρίτος αὐτός*' (cf. Thuc. II 79,1. III 3,2), atque verbis (142,3) '*δυσωδίας τινὸς τῷ τραύματι ἐγγινομένης*' ludibrio habet Philoctetae vulnus, de quo multum Sophocles poeta[42]. Idem facete describit hostium milites (c. 16) nec desinit mira affere. Quo in numero commemorat (141,12) eos, qui vocantur '*Ἱππομύρμηκες* (*θηρία δέ ἐστι μέγιστα, ὑπόπτερα, τοῖς παρ' ἡμῖν*

41. Lehm. l. c. pg. 647.
42. Lehm. l. c. pg. 650.

μύρμηξι προσεοικότα πλὴν τοῦ μεγέθους· ὁ γὰρ μέγιστος αὐτῶν καὶ δίπλεθρος ἦν). Quem locum revocandum esse ad ea, quae Herodotus III 102 narravit, verisimile est: *ἐν δὴ ὦν τῇ ἐρημίῃ ταύτῃ καὶ τῇ ψάμμῳ γίνονται μύρμηκες μεγάθεα ἔχοντες κυνῶν μὲν ἐλάσσονα, ἀλωπέκων δὲ μέζονα.* (cf. Dio Chrysost. or. XXXV 23 (338,7): *οὗτοι* (scil. *οἱ μύρμηκες*) *δέ εἰσιν ἀλωπέκων μείζονες, τἆλλα δὲ ὅμοιοι τοῖς παρ᾽ ἡμῖν.*) Quod manifestius coarguitur verbis (141,15): *ἐμάχοντο δὲ οὐ μόνον οἱ ἐπ᾽ αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ* (scil. *οἱ μύρμηκες*) *τοῖς κέρασιν.* Quae verba Belinus[43] haud inepte putat referenda esse ad ea, quae de Bucephalo Alexandri tradiderunt, et quae de Artybii equo narrat Herodotus V 111: *πυνθάνομαι τὸν Ἀρτυβίου ἵππον ἱστάμενον ὀρθὸν καὶ ποσὶ καὶ στόματι κατεργάζεσθαι πρὸς τὸν ἂν προσενειχθῇ.*

Praeter alios iam nominantur (141, 18) *Ἀεροκώνωπες . . . πάντες τοξόται κώνωψι μεγάλοις ἐποχούμενοι.* His verbis fortasse perstringit ea, quae Herodotus II 95 de culicibus dicit, quos effugere conentur Aegyptii noctu in turribus dormientes.

Iam commemorantur (142, 11) *ἄνδρες κυνοπρόσωποι,* de quibus Ctesias[44] multa blateravit. Megasthenem ipsum quoque de iis dixisse Plinii testimonio firmatur (VII 2, 14)[45]: in multis autem montibus genus hominum capitibus caninis. Eosdem atque alios miros nominat Herodotus IV 191: '*οἱ κυνοκέφαλοι καὶ οἱ ἀκέφαλοι οἱ ἐν τοῖσι στήθεσι τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχοντες*', et Ps. Callisthenes (hist. Alex. pg. 96, 11 R.): *εἴδομεν γὰρ κυνοκεφάλους καὶ ἀκεφάλους ἀνθρώπους, οἵτινες τοὺς ὀφθαλμοὺς εἶχον ἐν τῷ στήθει.*

43. Lehm. l. c. pg. 649.
44. Phot. l. c. pg. 47 b 19.
45. Müller, F. H. G. II 424 frg. 31.

Praeter illos commemorat Lucianus II 44 (203, 13), feros homines, qui vocantur *Βουκέφαλοι*, quos hoc loco afferre e re videtur esse. De quibus idem fere dicit atque Ctesias, qui[46]: *φωνὴν δὲ διαλέγονται οὐδεμίαν, ἀλλ᾽ ὠρύονται ὥσπερ κύνες . . . αὐτοὶ δὲ οὐ δύνανται διαλέγεσθαι, ἀλλὰ τῇ ὠρυγῇ καὶ ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς δακτύλοις σημαίνουσι.* (Luc. 204, 13 *συνίεμεν γὰρ αὐτῶν διανευόντων καὶ γοερόν τι μυκωμένων ὥσπερ ἱκετευόντων*). Videmus autem, quantopere omni aetate mirae narrationes viguerint, cum iam Hesiodum[47] in Catalogo de iis dixisse auctor sit Strabo I 2, 35 (c. 43): *Ἡσιόδου δ᾽οὐκ ἄν τις αἰτιάσαιτο ἄγνοιαν ἡμικύνας λέγοντος καὶ μακροκεφάλους καὶ πυγμαίους.*

Nec minus iocose historicorum narrationem Lucianus videtur secutus esse quod dicit c. 16 (142, 12) alios e sociorum numero proelio iam facto advenisse neque Phaethonti usui fuisse. Idem enim dicit Xenophon An. I 7, 12: *Ἀβροκόμας δὲ ὑστέρησε τῆς μάχης ἡμέραις πέντε* (Luc. *ἐλέγοντο δὲ κἀκείνῳ ὑστερίζειν τῶν συμμάχων*).

Atque proelium ipsum inter Phaethontem et Endymionem atrocissimum committitur, ita ut per nubes sanguis manaverit (c. 17 [143, 13] *καὶ τὸ αἷμα ἔρρει πολὺ ἐπὶ τῶν νεφῶν*). Quodsi Homeri meminit (143, 16) verbis '*ὥστε με εἰκάζειν, μὴ ἄρα τοιούτου τινὸς . . . γενομένου Ὅμηρος ὑπέλαβεν αἵματι ὗσαι τὸν Δία*', haec ad Il. XVI 459

αἱματοέσσας δὲ ψιάδας κατέχευεν ἔραζε

spectare nemo non videt.

Nec minus in proelio describendo eodem quo saepius

46. Phot. l. c. pg. 47 b 21.
47. carm. ed. Rzach (1908) pg. 148, fr. 62.

fonte utitur. Audiamus ipsius verba (143, 4) καὶ τὸ μὲν εὐώνυμον τῶν Ἡλιωτῶν αὐτίκα ἔφυγεν οὐδ᾽ εἰς χεῖρας δεξάμενον τοὺς Ἱππογύπους (Xen. An. I 8, 19 πρὶν δὲ τόξευμα ἐξικνεῖσθαι ἐκκλίνουσιν οἱ βάρβαροι καὶ φεύγουσι). Iam pergit Lucianus (143, 6) τὸ δεξιὸν δὲ αὐτῶν ἐκράτει τοῦ ἐπὶ τῷ ἡμετέρῳ εὐωνύμου, καὶ ἐπεξῆλθον οἱ Ἀεροκώνωπες διώκοντες ἄχρι πρὸς τοὺς πεζούς. ἐνταῦθα δὲ κἀκείνων ἐπιβοηθούντων ἔφυγον ἐγκλίναντες, καὶ μάλιστα ἐπεὶ ᾔσθοντο τοὺς ἐπὶ τῷ εὐωνύμῳ σφῶν νενικημένους (Xen. An. I 10, 1 βασιλεὺς δὲ διώκων εἰσπίπτει εἰς τὸ Κύρειον στρατόπεδον· καὶ οἱ μὲν μετὰ Ἀριαίου οὐκέτι ἵστανται ἀλλὰ φεύγουσι ... id. I 10, 5: βασιλεὺς δ᾽αὖ ἤκουσε Τισσαφέρνους ὅτι οἱ Ἕλληνες νικῷεν τὸ καθ᾽αὑτοὺς καὶ εἰς τὸ πρόσθεν οἴχονται ... ἀπῆγεν.)

Postquam autem primo concursu Endymion superior discessit, subito 'ἄρτι τούτων γινομένων' (144, 2) alii Phaethontis socii, Νεφελοκένταυροι, qui dicuntur, signa inferunt, qua quidem re fortunam commutari facit Lucianus facete rerum scriptorum, quasi vera referat, descriptionem secutus. Idem enim tradit Thucydides in proelio Boeotorum et Atheniensium describendo IV 96, 8: μάλιστα οἱ ἱππῆς, οἵ τε αὐτῶν καὶ οἱ Λοκροί, βεβοηθηκότες 'ἄρτι τῆς τροπῆς γιγνομένης'. Itaque proelio redintegrato Endymionis exercitus, qui praedatum exierat, magna clada afficitur.

Verbis quoque ac sententiis in proelio describendo rerum scriptorum scribendi genus imitatur, e quibus affere licet:

143, 1 συμμίξαντες δὲ ἐπειδὴ τὰ σημεῖα ἤρθη (Thuc. I 49, 1 συμμείξαντες δέ, ἐπειδὴ τὰ σημεῖα ἑ. ἤρθη. id. IV 42, 4).

5 οὐδ᾽ εἰς χεῖρας δεξάμενον (Xen. An. IV 3, 31 πρὸς δὲ τὸ εἰς χεῖρας δέχεσθαι).

11 τῆς δὲ τροπῆς λαμπρᾶς γεγενημένης (Thuc. VII 55,1 γεγενημένης δὲ τῆς νίκης λαμπρᾶς, I 49,7 ἐπεὶ δὲ ἡ τροπὴ ἐγίγνετο λαμπρῶς)

144,15 ἀτάκτως περὶ τὴν δίωξιν (Thuc. II 91,4 ἀτάκτως διώκοντες. id. III 108,3. V 9,3. VII 53,2)

19 κατέδραμον ... τὸ πεδίον (Thuc. VIII 92,3 τὴν Αἴγιναν κατεδεδραμήκεσαν. id. II 94,3. Diod. II 44,2 πολλὴν χώραν ... καταδραμεῖν).

Postquam solis rex victoriam adeptus est c. 19 (145,2), primo quidem ira inflammatus gravissimis poenis adversarios afficere eosque perpetua umbra circumdare constituit. Simili modo Athenienses Mytilenaeos interficere in animo habuisse auctor est Thucydides III 36,2 ὑπὸ ὀργῆς ἔδοξεν αὐτοῖς οὐ τοὺς παρόντας μόνον ἀποκτεῖναι, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἅπαντας Μυτιληναίους. Iam pergit Lucianus (145,13) γενομένης δὶς ἐκκλησίας τῇ προτεραίᾳ μὲν οὐδὲν παρέλυσαν τῆς ὀργῆς (cf. Thuc. II 65,1 ἐπειρᾶτο τοὺς Ἀθ. τῆς τε ἐπ᾽αὐτὸν ὀργῆς παραλύειν), τῇ ὑστεραίᾳ δὲ μετέγνωσαν (Thuc. III 36,4 καὶ τῇ ὑστεραίᾳ μετάνοιά τις εὐθὺς ἦν αὐτοῖς). Nec minus comparare licet illud Thucydidis I 44,1 γενομένης καὶ δὶς ἐκκλησίας, τῇ μὲν προτέρᾳ ... ἐν δὲ τῇ ὑστεραίᾳ μετέγνωσαν.

Itaque foedus fit, quo in describendo iterum iisdem fere verbis usum esse illum satis superque apparet, quibus Thucydidem (V 18) in foedere inter Athenienses et Lacedaemonios facto. Narrat enim Lucianus c. 20 (145,15) κατὰ τάδε συνθήκας ἐποιήσαντο Ἡλιῶται καὶ οἱ σύμμαχοι πρὸς Σεληνίτας καὶ τοὺς συμμάχους (Thuc. V 18,1 σπονδὰς ἐποιήσαντο Ἀθηναῖοι καὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι καὶ οἱ σύμμαχοι κατὰ τάδε. id. V 23,1. 47,1. 77,1. 79,1).

(145,19) *ἀποδοῦναι δὲ καὶ τοὺς αἰχμαλώτους* (Thuc. V 18,7 *ἀποδόντων δὲ Ἀθ. Λακ . . . καὶ τοὺς ἄνδρας*)

(145,21) *τοὺς δὲ Σ. ἀφεῖναι μὲν αὐτονόμους τούς γε ἄλλους ἀστέρας* (Thuc. l. c. 2 *Δελφοὺς αὐτονόμους εἶναι*)

(145,22) *ὅπλα δὲ μὴ ἐπιφέρειν τοῖς Ἡλ.* (Thuc. l. c. 4 *ὅπλα δὲ μὴ ἐξέστω ἐπιφέρειν*)

(146,8) *ἐγγράψαι δὲ τὰς συνθήκας στήλῃ ἠ. καὶ ἀναστῆσαι* (Thuc. l. c. 10 *στήλας δὲ στῆσαι*)

(146,10) *ὤμοσαν δὲ Ἡλιωτῶν μὲν . . . Σεληνιτῶν δὲ . . .* (Thuc. V 19,2 *ὤμνυον δὲ οἵδε κ. ἑ: Λακεδαιμονίων μὲν . . . Ἀθηναίων δὲ . . .*). Nomina autem eorum qui iurant c. 20 (146,10) facete congruunt cum terrae ipsius quam incolunt natura; appellantur enim e numero solis incolarum *Πυρωνίδης, Θερείτης, Φλόγιος*, lunae *Νύκτωρ, Μήνιος Πολυλάμπης*[48].

Proelio facto postquam pax convenit regem Endymionem sibi persuadere conatum esse fingit Lucianus, ut in luna remaneret c. 21 (146,17) (*ἠξίου μεῖναί τε παρ᾽ αὐτῷ*), sicut Ulixi Calypso Od IX 29

ἦ μέν μ᾽ αὐτόθ᾽ ἔρυκε Καλυψὼ δῖα θεάων.

Recusat vero Lucianus aeque atque Ulixes (146,20 *ἐγὼ δὲ οὐδαμῶς ἐπειθόμην* — Od. IX 33

ἀλλ᾽ ἐμὸν οὔ ποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθον.),

quamquam summo honore rex eum affectum iri promittit (146,18 *ὑπισχνούμενος δώσειν πρὸς γάμον τὸν ἑαυτοῦ παῖδα*).

His verbis narrationem de Ganymede[49] a Iove rapto irrideri recte monuerunt scholia (pg. 20). Sed fuerunt fortasse fabulae, quibus tali modo virgo viro peregrino de-

48. vid. quae de similibus nominibus foederibusque et legibus diffamandis disputavit Helmius L. u. M. pg. 36/7.

49. cf. dial. deor. 4. 5. 20, 6.

sponsa est, sicut Alcinous Ulixi Nausicaam uxorem dare cupit Od. VII 311 sq.

παῖδά τ᾽ ἐμὴν ἐχέμεν καὶ ἐμὸς γαμβρὸς καλέεσθαι
αὖθι μένων.

Quas narrationes Lucianus in ridiculum vertit puero pro virgine substituto.

Rerum scriptorum autem usum secutus incolarum mores describit satiricus auctor, ne ignota maneant, quae viderit mira, ut Iambulus ipse quoque insulae incolas describit: (Diod. 56,2) *εἶναι δὲ τοὺς τὴν νῆσον οἰκοῦντας ταῖς τε τῶν σωμάτων ἰδιότησι καὶ ταῖς ἀγωγαῖς πολὺ διαλλάττοντας τῶν κατὰ τὴν ἡμετέραν οἰκουμένην.* Utinam plura attulisset auctor. Mirabile enim apud Lucianum hoc c. 22 (147,9) *κύουσι δὲ οὐκ ἐν τῇ νηδύϊ, ἀλλ᾽ ἐν ταῖς γαστροκνημίαις.*

Quibus verbis carpi miram de Baccho narrationem, quem in femore insutum postea peperisse dicitur Juppiter, recte monent scholia (pg. 20). Quae sententia non leviter videtur stabiliri, quod idem Lucianus tractavit in dial. deor. 9,1: *ἐν τῷ μηρῷ ἐκύει τὸ ἐκ Σεμέλης βρέφος . . . ὡς ὅλος ἡμῖν κυοφορεῖ καὶ πανταχόθεν τοῦ σώματος.* Id quod deinde de hominibus dicit, qui appellantur *Δενδρῖται* (147,17), spectare scholiasta (pg. 20) monuit ad miram de hominibus dentibus draconis genitis narrationem[50]. Quod vero illi genitalia habent addita sive lignea sive elephantina (148,2), id aliquo modo Gorgonum fabulam in memoriam revocat, quae eodem modo oculo et dente utuntur additis[51].

50. de quibus vid. infra pg. 50.

51. Aesch. Prom. 793 sq.

ἵνα
αἱ Φορκίδες ναίουσι δηναιαὶ κόραι

Nec minus mirum quod de illorum incolarum cibo narratur, de quo paulo explicatius exponendum est, c. 23 (148,8): *βατράχους ὀπτῶσιν ἐπὶ τῶν ἀνθράκων· ὀπτωμένων δὲ περικαθεσθέντες ὥσπερ δὴ περὶ τράπεζαν κάπτουσι τὸν ἀναθυμιώμενον καπνὸν καὶ εὐωχοῦνται.* Similis narratio afferri potest ex Herodoto IV 75 (schol. pg. 20): *ταύτης ὦν οἱ Σκύθαι τῆς καννάβιος τὸ σπέρμα ἐπεὰν λάβωσι, . . . ἐπιβάλλουσι τὸ σπέρμα ἐπὶ τοὺς δ. λίθους τῷ πυρί· τὸ δὲ θυμιᾶται ἐπιβαλλόμενον καὶ ἀτμίδα παρέχεται . . . οἱ δὲ Σκύθαι ἀγάμενοι τῇ πυρίῃ ὠρύονται.*

Huc addere licet quod Herodotus eodem loco narrat: *τοῦτό σφι ἀντὶ λουτροῦ ἐστί· οὐ γὰρ δὴ λοῦνται ὕδατι,* cum scripserit Lucianus II 11 (176,1) *λουτρὰ δέ ἐστιν αὐτοῖς οἶκοι μεγάλοι ὑάλινοι . . . ἀντὶ μέντοι τοῦ ὕδατος ἐν ταῖς πυέλοις δρόσος θερμή ἐστιν.* Quod aliquo modo Ctesiae[52] quoque locum in memoriam vocat, quo dicit: *οἱ δὲ ἄνδρες* (scil. *Κυνοκέφαλοι) οὐ λούονται.* Magis autem congruere videntur[53] quae de hominibus, qui dicuntur *ἄστομοι,* Megasthenem[54] dixisse

---

τρεῖς κυκνόμορφοι, κοινὸν ὄμμ' ἐκτημέναι,
μονόδοντες.

Apollod. 2. 4, 2: *γραῖαι* (quas easdem esse atque Gorgones constat, cf. Roscher lex. myth. 1732) *ἕνα τε ὀφθαλμὸν αἱ τρεῖς καὶ ἕνα ὀδόντα εἶχον, καὶ ταῦτα παρὰ μέρος ἤμειβον ἀλλήλαις.* Pherecyd. Schol. Apoll. 4, 1515: *ἑνὶ γὰρ αἱ τρεῖς* (scil. *γραῖαι*) *ἐκ διαδοχῆς ἐκέχρηντο.* Tzetz. Lyc. 838: *ἐλθὼν* (scil. *ὁ Περσεύς*) *περὶ τὰς Φορκίδας . . . ἔλαβε π. ἀ. τὸν ἕνα ὀφθαλμὸν αὐτῶν, καὶ τὸν ἕνα ὀδόντα, ὃν μόνον εἶχον κατ' ἀμοιβήν.*

52. Phot. l. c. pg. 48 a 31.

53. Rohde l. c.² pg. 206 n. 4.

54. cf. Apollod. ap. Strab. II 1, 9 (C. 70): *ἅπαντες μὲν τοίνυν οἱ περὶ τῆς Ἰνδικῆς γράψαντες ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ψευδολόγοι γεγόνασι . . . διαφερόντως δ' ἀπιστεῖν ἄξιον Δηιμάχῳ τε καὶ Μεγασθένει. οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ τοὺς ἐνωτοκοίτας καὶ τοὺς ἀστόμους*

auctor est Plutarchus (de fac. in o. l. 938 C): *τὴν μὲν Ἰνδικὴν ῥίζαν, ἥν φησι Μεγασθένης, μήτ' ἐσθίοντας μήτε πίνοντας ἀλλ' ἀστόμους ὄντας ὑποτύφειν καὶ θυμιᾶν καὶ τρέφεσθαι τῇ ὀσμῇ*[55]. Quae sententia Rohdii fulciri videtur Megasthenis verbis, quae commemorat Strabo XV 1,57 (C 711)[56]: *Ἀστόμους . . . τρέφεσθαι ἀτμαῖς ὀπτῶν κρεῶν καὶ καρπῶν καὶ ἀνθέων ὀσμαῖς, ἀντὶ τῶν στομάτων ἔχοντας ἀναπνοάς* (ibid. nominantur *ἀμύκτηρες, ἀναπνοὰς ἔχοντες μόνον δύο ὑπὲρ τοῦ στόματος.*) Quot vero exempla Luciano proposita fuerint, etiam magis probari poterit, si addiderimus aliud ex Herodoto I 202 petitum: *ἐπείτε ἂν εἰς τὠυτὸ συνέλθωσι κατὰ ἴλας καὶ πῦρ ἀνακαύσωνται, κύκλῳ περιιζομένους ἐπιβάλλειν ἐπὶ τὸ πῦρ* (scil. *καρπούς*), *ὀσφραινομένους δὲ . . . μεθύσκεσθαι τῇ ὀδμῇ.* Apud Ctesiam[57] denique de gente Indica scriptum invenimus: *οὐδὲ ἐσθίουσι σῖτον, οὐδὲ πίνουσιν ὕδωρ, . . . πίνουσι δὲ τὸ γάλα, ἄλλο δὲ οὐδέν.* Ad deos quoque vix dubium, quin alludat, praesertim cum idem fere de iis dicat Icarom. 27: *μάλιστα δὲ ἥδονται σιτούμενοι τὸν ἐκ τῶν θυσιῶν καπνὸν αὐτῇ κνίσῃ ἀνενηνεγμένον.* (cf. Il. I 317

κνίση δ' οὐρανὸν ἷκεν ἑλισσομένη περὶ καπνῷ,

vel Aristoph. Av. 1231 sq.

θύειν τοῖς Ὀλυμπίοις θεοῖς
μηλοσφαγεῖν τε βουθύτοις ἐπ' ἐσχάραις
κνισᾶν τ' ἀγυιάς.

καὶ ἄρρινας ἱστοροῦντες μονοφθάλμους τε καὶ μακροσκελεῖς καὶ ὀπισθοδακτύλους . . . καὶ τὴν Ὁμηρικὴν τῶν Πυγμαίων γερανομαχίαν . . . τοὺς χρυσωρύχους μύρμηκας καὶ Πᾶνας σφηνοκεφάλους ὄφεις τε καὶ βοῦς καὶ ἐλάφους σὺν κέρασι καταπίνοντας.

55. Müller, F. H. G. II 425 fr. 34.

56. Müller II 424 fr. 30, 6 sq.

57. Phot. l. c. pg. 48 b 7.

Adde quod ipse dicit de mortuorum animis Char. 22: *πεπιστεύκασι τὰς ψυχὰς . . . δειπνεῖν . . . περιπετομένας τὴν κνῖσαν καὶ τὸν καπνόν.*

Quae sequuntur non minus mira c. 23 (148, 14): *οὐ μὴν ἀπορουῖσίν γε καὶ ἀφοδεύουσι.* Ea quoque finxisse Lucianus videtur[58], ut Ctesiae fabulas prorsus similes derideret, velut[59] *ἀποπατοῦσι μὲν οὔ.* Sed licet etiam conicere ad philosophorum subtilitates id pertinere, quoniam Pythagoraei quidem de lunae incolis idem dixerunt[60]: *ζῷα . . . μηδὲν περιττωματικὸν ἀποκρίνοντα.*

Nec minus mirum quod de illorum potione legimus c. 23 (148, 12) *ποτὸν δὲ αὐτοῖς ἐστιν ἀὴρ ἀποθλιβόμενος εἰς κύλικα καὶ ὑγρὸν ἀνιεὶς ὥσπερ δρόσον.* Qua in re Lucianus se ipsum exscripsit, cum Empedoclem dicentem fecisset Icarom. 13: *καὶ νῦν ἐν τῇ σελήνῃ κατοικῶ ἀεροβατῶν τὰ πολλὰ καὶ σιτοῦμαι δρόσον.* Sed idem inventum esse, ut fabulas quasdam illuderet, nisi fallit opinio, inde colligere licet, quod de Astreo Antonium Diogenem narravisse auctor est Porphyrius[61]: *καὶ δρόσῳ ἐκ τῆς λεύκης καταστάζούσῃ θεασάμενον τρεφόμενον.*

Quod vero pergit describere: *οὐδὲ τέτρηνται ᾗπερ ἡμεῖς* c. 23 (148, 15), id spectare ad Ctesiae[62] fabulam (*ὅταν δὲ γένηταί τινι αὐτῶν παιδίον, οὐ τέτρηται τὴν πυγὴν οὐδὲ ἀποπατεῖ*) recte viderunt Solanus[63] et Rohdius[64]. Facete idem dicit (149, 1) *καλὸς δὲ νομίζεται παρ᾽ αὐτοῖς ἤν πού τις φαλακρὸς καὶ ἄκομος ᾖ.* Quod quamquam fictum est a scriptore, ut re usitata in contrarium versa risum eliceret, tamen fortasse ad Herodotum revocandum est auctorem, qui (IV 23) dicit de gente quadam Scythis propinqua: *ἄνθρωποι λεγόμενοι εἶναι πάντες φαλακροὶ ἐκ γενεῆς γινόμενοι.*

58. Lehm. l. c. pg. 653.
59. Phot. l. c. pg. 48 b 12.
60. [Plut] de plac. 892 (Rohde l. c. pg. 288 n. 2).
61. de vit. Pyth. pg. 22 K.
62. Phot. l. c. pg. 48 b 10.
63. Lehmann pg. 653.
64. l. c. pg. 206 n. 4.

Ea vero quae de pedibus exponit (149, 6) *ὄνυχας ἐν τοῖς ποσὶν οὐκ ἔχουσιν, ἀλλὰ πάντες εἰσὶν μονοδάκτυλοι,* quo pertineant nemo pro certo affirmet. Re mutata fortasse carpit ea, quae Ctesiam de nonnullis Indiae hominibus dixisse auctor est Photius[65]: *ἔχουσι δὲ οὗτοι οἱ ἄνθρωποι ἀνὰ ὀκτὼ δακτύλους ἐφ᾽ ἑκατέρᾳ χειρί, ὡσαύτως ἀνὰ ὀκτὼ καὶ ἐπὶ τοῖς ποσί.* Eundem, cum narret (149, 8) '*ὑπὲρ δὲ τὰς πυγὰς ἑκάστῳ αὐτῶν κράμβη ἐκπέφυκε μακρὰ ὥσπερ οὐρά*', videtur irridere, cum augeat quod ille scripserat[66]: *οὐρὰν δὲ ἔχουσι πάντες, καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες, ὑπὲρ τῶν ἰσχίων οἵανπερ κύων.* Porro ridiculum quod legitur in sequenti capite 24 (149, 11) '*κἀπειδὰν ἢ πονῶσιν ἢ γυμνάζωνται, γάλακτι πᾶν τὸ σῶμα ἱδροῦσιν, ὥστε καὶ τυροὺς ἀπ᾽ αὐτοῦ πήγνυσθαι.* Auxisse igitur videtur[67] ea, quae apud Ctesiam[68] scriptum videmus: *οὐρεῖν δὲ ὥσπερ τυροὺς αὐτούς.* Quae sententia non leviter videtur adiuvari, quod idem[69] dicit: *πηγή ἐστι, καὶ ἐπειδάν τις ἀρύσῃ τὸ ὕδωρ αὐτῆς, πήγνυται ὥσπερ τυρός.* Sunt alia genere non dissimilia, velut quae de eorum ventribus dicit, in quos se abdunt infantes (150, 3 *ὥστε καὶ τὰ νεογνά, ἐπειδὰν ῥῖγος ᾖ, ἐς ταύτην*

65. l. c. pg. 49 b 30.
66. Phot. l. c. pg. 48 a 40.
67. Rohde l. c. pg. 206 n. 4.
68. Phot. l. c. pg. 48 b 13.
69. Phot. l. c. pg. 47 a 3.

ὑποδύεται), quibus Aeliani narratio carpi videtur[70] h. a. I 17 *κύων δὲ θαλαττία . . . ἐὰν δείσῃ τι* (scil. *τῶν σκυλακίων*) *ἐς τὴν μητέρα εἰσέδυ αὖθις*[71]. Scholia (pg. 20) idem dici monent de cartilagineis, de quibus, cum dicat ea *σελάχη*, multum narravit Aristoteles in anim. hist. (cf. 566^{b} 17 *εἰσδέχονται [ὁ δελφὶς καὶ ἡ φώκαινα] τὰ τέκνα μικρὰ ὄντα*).

In vestimentis quoque pingendis carpit Lucianus augetque, ut risum moveat, ea quae alii scripserant, cum dicit c. 25 (150, 4) *ἐσθὴς δὲ τοῖς μὲν πλουσίοις ὑαλίνη μαλθακή* (cf. 176, 2 *οἶκοι ὑάλινοι* et 178, 1 *δένδρα ὑάλινα μεγάλα τῆς διαυγεστάτης ὑάλου*). Vitream vero eorum vestem appellat, ut quam tenuissimam materiam significet atque superet illud a Ctesia[72] dictum: *ἐσθῆτα ψιλῶν τῶν μασθλημάτων, ὡς λεπτοτάτων*, vel ab Euhemero[73] in describendis sacerdotum Panchaeae insulae vestimentis: *στολὰς μὲν γὰρ ἔχουσι λινᾶς τῇ λεπτότητι καὶ μαλακότητι διαφόρους.*

Qui locus animo quoque volutavimus ad vitreasne spectare videretur mortuorum arcas, de quibus Herodotus III 24.

Addit autem, ut opponat pauperes (150, 5) *τοῖς πένησι δὲ χαλκῆ ὑφαντή . . . ἐργάζονται τὸν χαλκὸν ὕδατι ἀποβρέξαντες ὥσπερ τὰ ἔρια.* Qua re videtur auxisse miras de metallis liquefactis narrationes, velut Ctesiae[74]: *περὶ τῆς κρήνης τῆς*

70. Rohde l. c. pg. 209 n.

71. Quod vero Plauti illud e Trin. 424 petitum affert Rohdius „pater quom peregre veniet, in portast locus:
nisi forte in ventrem filio conrepserit",
hoc certe minus aptum videtur esse, quia nihil attinet ad illud mirum, sed verba tantum specie aliquid similitudinis prae se ferunt.

72. Phot. l. c. pg. 48 a 35.

73. frgta coll. Némethy (1889) XLVI, 2 (pg. 51, 11).

74. Phot. l. c. pg. 45 a 41.

πληρουμένης ὑγροῦ χρυσίου. Eundem *'ξύλινα ἱμάτια'* commemorasse auctor est Photius[75].

Prorsus ridiculum videtur illud, quod eodem loco (150, 10) dicit: *τοὺς ὀφθαλμοὺς περιαιρετοὺς ἔχουσι, καὶ ὁ βουλόμενος ἐξελὼν τοὺς αὑτοῦ φυλάττει ἔστ' ἂν δεηθῇ ἰδεῖν· οὕτω δὲ ἐνθέμενος ὁρᾷ.* Qua in re exempla ei non defuerunt. Nam iterum ac saepius de miris oculis narrationes invenimus in fabulis fictis, velut apud Antonium Diogenem[76]: *ὡς περιπέσοι ἀνθρώπων πόλει κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, οἳ ἑώρων μὲν ἐν νυκτί, τυφλοὶ δὲ ὑπὸ ἡμέρᾳ ἑκάστῃ ἐτύγχανον.* Idem[77]: *οἷά τε Φιλώτιδος αὐτὸς Ἀστραῖος ἤκουσε καὶ τὸ κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ μυθῶδες θέαμα* (cf. Porph. l. c. pg. 22 *ἐπιστάντα δὲ θεάσασθαι ὕπτιον εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβλέποντα πρὸς ἥλιον ἀσκαρδαμυκτεί*). Magis autem congruit mira de Lamiae[78] oculis narratio (Diod. XX 41), quam commemorat Rohdius[79]: *ὑπολαμβάνειν μὴ βλέπειν αὐτήν· καὶ διὰ τοῦτ' ἐμυθολόγησάν τινες, ὡς εἰς ἄρσιχον ἐμβάλοι τοὺς ὀφθαλμούς.* Idem dicit de Lamia Plutarchus de cur. 515 F: *ὥσπερ ἐν τῷ μύθῳ τὴν Λάμιαν λέγουσιν οἴκοι μὲν εὕδειν τυφλήν, ἐν ἀγγείῳ τινὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχουσαν ἀποκειμένους, ἔξω δὲ προϊοῦσαν ἐπιτίθεσθαι καὶ βλέπειν.* Gorgonum autem fortasse oculum rideri recte monuisse videtur Lehmannus[80].

Porro de illorum hominum auribus dicit (150, 15) *τὰ ὦτα δὲ πλατάνων φύλλα ἐστὶν αὐτοῖς*, qua in re in mentem

75. l. c. pg. 48 a 19.

76. Phot. l. c. pg. 109 b 18.

77. Phot. l. c. pg. 109 b 15.

78. cf. Philops. 2: *τεράστια μυθίδια παίδων ψυχὰς κηλεῖν δυνάμενα ἔτι τὴν Μορμὼ καὶ τὴν Λάμιαν δεδιότων.*

79. l. c. pg. 210 n.

80. 1. c. pg. 655. (cf. ea quae attulimus pg. 32 adn.)

venit eorum, quae de auribus mirae formae narravisse Ctesiam auctor est Photius[81]: *τὰ δὲ ὦτά φησι τηλικαῦτα ἔχειν, ὥστε τοὺς βραχίονας αὐτῶν ὑπ' αὐτῶν καλύπτεσθαι.* Idem fere Megasthenem finxisse tradit Strabo XV 1, 57 (711): *ἐνωτοκοίτας τε ποδήρη τὰ ὦτα ἔχοντας ὡς ἐγκαθεύδειν* (ibid. commemorat *μονομμάτους . . . ὦτα μὲν ἔχοντας κυνός, ἐν μέσῳ δὲ τῷ μετώπῳ τὸν ὀφθαλμόν*). Mira quoque Iambuli de auribus insulae illius incolarum narratio (cf. Diod. II 56, 4 *καὶ τὰ τῆς ἀκοῆς τρήματα πολὺ τῶν παρ' ἡμῖν ἔχειν εὐρυχωρέστερα, καὶ καθάπερ ἐπιγλωττίδας αὐτοῖς ἐκπεφυκέναι*).

Quod Lucianus ipse, cum ex arboribus ortos dixisset illos homines, ita mutavit, ut magnorum foliorum formam eorum auribus daret.

In sequenti capite 26 aliud miraculum narrat (150, 19): *ἂν μὲν οὖν εἰς τὸ φρέαρ καταβῇ τις, ἀκούει πάντων τῶν παρ' ἡμῖν ἐν τῇ γῇ λεγομένων.* Lehmannus[82] h. l. carpi putavit de Dionysii auribus narrationem. Nomen enim '*ὦτα*' delatoribus fuisse constat, quibus tyrannus ille uti solebat (cf. Plut. de cur. 16 *τὸ τῶν λεγομένων ὤτων . . . γένος.* id. Dion. 28). Verum hoc quidem minus verisimile videtur esse; fortasse sua ipsius vestigia sequitur. Nam adnecti huic loco potest quod de Jove dixerat Icarom. 25: *θυρίδες . . . τοῖς στομίοις τῶν φρεάτων ἐοικυῖαι, πώματα ἔχουσαι, . . . καθίσας . . . ὁ Ζεὺς καὶ ἀφελὼν τὸ πῶμα παρεῖχε τοῖς εὐχομένοις ἑαυτόν.*

Videtur igitur quod ex Menippo sumptum alio loco suum in usum converterat hic repetivisse, ut saepius eadem proferre solebat.

81. l. c. pg. 49 b 35.
82. l. c. pg. 655.

Iam iter denuo incipit c. 27 (151, 9), postquam donis cumulatus est ab hospite sicut heroes Homerici (cf. Od. IX 212, XIII 66, VIII 438. 388) et comitibus instructus, qui eum tutum per aerem ducerent, sicut Phaeaces Ulixem per mare domum duxerunt. Imitatur autem historicorum descriptionem, cum narrat c. 28 (151, 18) *ἐν ἀριστερᾷ παρῄειμεν τὸν ἥλιον, ἐν χρῷ τὴν γῆν παραπλέοντες,* Thucydidem secutus, qui scripsit II 84, 1: *περιέπλεον αὐτοὺς κύκλῳ . . . ἐν χρῷ ἀεὶ παραπλέοντες.*

Nec minus Homerum aemulatur verbis c. 28 (151, 19): *οὐ γὰρ ἀπέβημεν καίτοι πολλὰ τῶν ἑταίρων ἐπιθυμούντων, ἀλλ' ὁ ἄνεμος οὐκ ἐφῆκεν.* Cupiunt enim Ulixis socii ad litus Solis insulae appellere Od. XII 278 sq. Eurylochusque duci supplicat, ut quietem ipsis concedat.

In urbe autem Lychnopoli, ad quam navem appellunt c. 29 (152, 6), quod lucernas quasi personas ambulantes inducit, id quodam modo ex suo dialogo petivit; catapl. 27 enim lucerna testis personam agit[83]. Homeri quoque exemplum rursus imitatur, cum se ipsum suam lucernam domesticam vidisse dicit eamque quid domi gestum esset interrogasse (153, 6), quemadmodum Ulixes matrem in Orco cognovit quaesivitque ex ea, quid pater et filius, quid uxor ageret Od. XI 174/7.

Qua urbe relicta praetervehuntur per aerem '*Νεφελοκοκκυγίαν*', urbem illam omnibus ex Aristophanis 'Avibus' notam, cuius ex nomine Lucianus etiam nomen Nephelocentauros (152, 1) finxit.

Postremo navi in mare demissa (154, 2) laeti quieti se

83. Helm L. u. M. pg. 69.

dant et lavantur in undis. Nec vero diu libertate fruuntur recuperata. Recte igitur pergit auctor (154, 7) *ἔοικε δὲ ἀρχὴ κακῶν μειζόνων γίνεσθαι πολλάκις ἡ πρὸς τὸ βέλτιον μεταβολή* (cf. Plat. leg. V 732 d *ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολάς*. Pol. VI 3, 1; 5, 1. XVIII 16, 6).

Biduo enim post ingentes beluas maritimas conspiciunt (*κήτη πολλά* 154, 11), qua in re similibus narrationibus auctor usus videtur esse. Legimus enim apud Dion. Perieg. 596 sq.[84]

ἀμφὶ δὲ πάντη
κήτεα θῖνες ἔχουσιν, Ἐρυθραίου βοτὰ πόντου,
οὔρεσιν ἠλιβάτοισιν ἐοικότα, ...
οὐ γὰρ ἐρωὴ
λυγροῖς ἐν στομάτεσσιν, ἐπεὶ μέγα χάσμα τέτυκται.
πολλάκι δ᾽ αὖ καὶ νῆα σὺν αὐτοῖς ἀνδράσι νηὸς
κεῖνα καταβρώξειε τεράατα.

Quod accidit navigantibus. Ingens enim belua c. 30 (154, 13) '*κεχηνὸς καὶ πρὸ πολλοῦ ταράττον τὴν θάλατταν ἀφρῷ τε περικλυζόμενον*' devorat navem una cum nautis (154, 19 *ἀναρροφῆσαν ἡμᾶς αὐτῇ νηὶ κατέπιεν*).

Qua in re iterum Homerum videtur imitatus esse, qui idem fere dicit in Charybdi describenda Od. XII 431:

ἡ μὲν ἀνερροίβδησε θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ.

437: *ὄφρ᾽ ἐξεμέσειεν ὀπίσσω*
ἱστὸν καὶ τρόπιν αὖτις[85].

Quibuscum aliquo modo conferri posse videtur quod Ps. Callisthenes pg. 72, 27 R. dicit: *κάρκινος ἐξελθὼν εἵλκυσεν εἰς τὸ ὕδωρ στρατιώτας πεντήκοντα καὶ τέσσαρας.*

84. Rohde l. c. pg. 209 n.

85. cf. Radermacher, „Das Jenseits im Mythos der Hellenen" (Bonn 1903), pg. 67 n. 1.

Postquam autem navis incolumis delapsa est in ventrem beluae montibus, silvis, campis, lacu completum (c. 31), ipse Lucianus '*ἐθὰς γενόμενος τῇ διατριβῇ*' c. 32 (156, 8) (cf. Thuc. II 44, 2), cum septem comitibus silvam ingreditur, ut omnia perlustret, simili modo atque Ulixes Od. X 145/6

καὶ τότ᾽ ἐγὼν ἐμὸν ἔγχος ἑλὼν καὶ φάσγανον ὀξὺ
καρπαλίμως παρὰ νηὸς ἀνήιον ἐς περιωπήν.

Brevi post canem latrantem audiunt fumumque animadvertunt, denique senem et adulescentem conveniunt aquam ex fonte per agros derivantes (156, 17). Qui obstupefacti subito visu aliquamdiu tacent; tandem senex ex illis quaerit, utrum dei sint an homines (157, 1). Videmus vero, quantopere pendeat Lucianus in similibus narrationibus ex Homero, cum liceat comparare haec quidem cum iis, quae poeta narrat de Ulixe et Telemacho filio colloquentibus Od. XVI 183

ἦ μάλα τις θεός ἐσσι, τοὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν·

atque patris responsum v. 187

οὔ τίς τοι θεός εἰμι· τί μ᾽ ἀθανάτοισιν ἐΐσκεις;

praesertim cum eodem argumento usus haec verba auctor afferat Icarom. 13. Atque etiam verbis (157, 15) '*οὐ πρότερον ἔφη ἐρεῖν οὐδὲ πεύσεσθαι παρ᾽ ἡμῶν* (scil. *τὴν τύχην*), *πρὶν ξενίων τῶν παρόντων μεταδοῦναι*' Homeri usum secutus videtur esse.

(cf. Od. I 123/4

χαῖρε, ξεῖνε, παρ᾽ ἄμμι φιλήσεαι· αὐτὰρ ἔπειτα
δείπνου πασσάμενος μυθήσεαι, ὅττεό σε χρή.

id. III 69, IV 60.)

Post cenam senex iis narrat, quo modo ipsi postquam in beluae alvum pervenerunt vitam sustentaverint, eosque docet, quae nomina sint ceterorum incolarum c. 35 (159, 11).

Quibus in eligendis Lucianum poetarum comicorum usum secutum esse monuit Helmius[86], quae multa licet afferre ex Aristophanis comoediis petita. Nec tamen nonnulla alia perlustrare pigebit. Ac primum quidem verba (159, 18) ʻ*Καρκινόχειρες* (cf. pg. 40) *καὶ Θυννοκέφαλοι συμμαχίαν τε καὶ φιλίαν πρὸς ἑαυτοὺς πεποιημένοι*ʼ spectare nobis quidem videntur ad ea, quae legimus apud Aristotelem[87]: *ἔχουσι γὰρ* (scil. *οἱ θύννοι*) ... *παρὰ τὰ πτερύγια οἷον σκωλήκιον ... ὅμοιον μὲν σκορπίῳ ... ποιοῦσι δὲ ταῦτα πόνον τοιοῦτον ὥστε ἐξάλλεσθαι*ʼ.[88]

Iam nominantur (160, 1) *Παγουρίδαι*[89] et *Ψηττόποδες*[90], eodem modo piscium hominumque formam referentes. Similia nomina, quibus et homines et pisces significari videntur, velut *Θρᾶττας*, *Ἀθερίνη*, *Σηπία* al. apud Archippum poetam comicum exstitisse fragmento comoediae cuiusdam efficitur[91].

Paulo post auctore Luciano, ut vitam agant tutam ab insidiis, cum ceteris, quos comemmoravimus, beluae incolis armis congrediuntur c. 36/7 (160, 15). Quo in proelio describendo eundem, quem supra ostendimus, usum sequitur scriptor, ut quomodo factum sit proelium audientibus statim occurrat eum historicorum exemplum, quo gravior fieret irrisio, in re ridicula ad imitandum sibi proposuisse. Itaque causam

86. L. u. M. pg. 36 n. 2.
87. hist. anim. 602 a 25 sq.
88. id. trad. Plin. nat. hist. IX. 15, 54.
89. Arist. l. c. 525 b 5.
Plin. l. c. IX 31, 97.
90. Arist. l. c. 538 a 20.
Plin. l. c. IX 16, 57.
91. Kock, C. A. F. I pg. 684 fr. 27.

belli gerendi fingit (160, 16) verbis *αἰτία δὲ τοῦ πολέμου ἔμελλεν ἔσεσθαι τοῦ φόρου ἡ οὐκ ἀπόδοσις*, Thucydidis verba fortasse secutus I 99, 1 ʻ*αἰτίαι δὲ ἄλλαι τε ἦσαν τῶν ἀποστάσεων καὶ μέγισται αἱ τῶν φόρων ... ἔκδειαι.* Nec minus milites in insidiis collocatos esse fingit (161, 5), qui a tergo hostes aggressi magnam eorum fugam fecissent. Eodem fere modo, ut exemplum afferamus, descripsit Xenophon hist. gr. V 1, 10 sq. proelium inter Chabriam et Aeginetas in Aegina insula commissum.

Itaque victoriam adepti omnes incolumes proelio excedunt excepto gubernatore, qui cadit ʻ*τρίγλης πλευρᾷ διαπαρεὶς τὸ μετάφρενον*ʼ (161, 16). Qua re fortasse ad antiquas de Ulixis morte fabulas alludit auctor (cf. II 35 [197, 4]), qui eodem modo a Telegono filio necatus esse dicitur[92].

Iam pergit c. 38 (161, 17): *ἐκείνην μὲν οὖν τὴν ἡμέραν καὶ τὴν νύκτα ἐπηυλισάμεθα τῇ μάχῃ καὶ τρόπαιον ἐστήσαμεν.* Quae paene ad verbum ex Thucydide repetita esse iam monuit Abreschius (cf. Lehmann pg. 663). Legimus enim apud illum IV 134, 2 *οἱ Τ. ἐπηυλίσαντό τε καὶ εὐθὺς ἔστησαν τρόπαιον.* Quo nuntio allato insequenti die ceteri quoque hostes ad proelium proficiscuntur. Eorum quoque aciem, quasi referat vera, describit Lucianus (162, 3) *τὸ μὲν δεξιὸν κέρας ἔχοντες οἱ Ταριχᾶνες, τὸ δὲ εὐώνυμον οἱ Θυννοκέφαλοι, τὸ μέσον δὲ οἱ Καρκινόχειρες*, historicorum narrationes secutus. (cf. Thuc IV 93, 4 *εἶχον δὲ δεξιὸν μὲν κέρας Θηβαῖοι ... μέσοι δὲ Ἁλιάρτιοι ... τὸ δὲ εὐώνυμον εἶχον Θεσπιῆς ...*).

92. Lycophr. 796.
κέντρῳ δυσαλθὴς ἔλλοπος Σαρδωνικῆς.
(Gruppe Griech. Mythol., Hdb. d. klass. Alt. 5, 2. 1 pg. 715.)

Quibus atroci proelio victis atque eiectis viginti fere menses vitam per quietem transigunt. Tum vero testes fiunt alterius proelii inter homines eximiae magnitudinis in insulis advehentibus c. 40 (163, 5). Cavillatur autem cum certum diem referat ‘τῷ δ’ ἐνάτῳ μηνὶ πέμπτῃ ἱσταμένου’, historicorum usum facete imitatus (cf. Her. VI 106 ἱσταμένου τοῦ μηνὸς εἰνάτῃ) augetque rem prorsus ridiculam, cum horas sese metientem fecerit ‘πρὸς τὰς στόματος τοῦ κήτους ἀνοίξεις’ (163, 8), — ἅπαξ γὰρ δὴ τοῦτο κατὰ τὴν ὥραν ἑκάστην ἐποίει.

Ac statim occurrit insulam natantem commemorasse Herodotum, quem saepius exagitari nobis persuasimus. Audiamus ipsius verba II 156: νῆσος . . . ὑπ’ Αἰγυπτ. εἶναι πλωτή . . . τέθηπα δὲ ἀκούων, εἰ νῆσος ἀληθέως ἐστὶ πλωτή. Mirum quoque quod Lucianus de illorum crinibus dicit (164, 8) ‘αὕτη δὲ (scil. ἡ κόμη) πῦρ ἦν καὶ ἐκάετο, ὥστε οὐδὲ κορύθων ἐδέοντο. Quibus verbis primo obtutu apparet castigari illud Homeri Il. V 4

δαῖέ οἱ ἐκ κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος ἀκάματον πῦρ.

Facete igitur auxit poetae verba, nec minus iis, quae sequuntur (164, 9) ‘ἀντὶ δὲ ἱστίων ὁ ἄνεμος ἐμπίπτων τῇ ὕλῃ, . . . ἔφερε τὴν νῆσον’ alludere videtur ad. Il. XI 155

ὡς δ’ ὅτε πῦρ ἀΐδηλον ἐν ἀξύλῳ ἐμπέσῃ ὕλῃ·
πάντῃ τ’ εἰλυφόων ἄνεμος φέρει.

Quid? quo modo factum sit proelium legentibus nonne in mentem venit Thucydidis narrationis I 48 sq. de proelio inter Corinthios et Corcyraeos commisso? Quod quo planius efficiatur, comparabimus utriusque narrationem.

c. 40 (163, 10) βοή τε πολλὴ καὶ θόρυβος ἠκούετο (Thuc. I 49, 4 πανταχῇ μὲν οὖν πολὺς θόρυβος). 163, 13 καθεωρῶμεν . . . ἄνδρας . . . προσπλέοντας (Thuc. I 48, 2 καθορῶσι τὰς ναῦς

ἐπὶ σφᾶς πλεούσας). 164, 6 ἐπὶ δὲ τῆς πρῴρας ὅσον τετταράκοντα ὡπλισμένοι αὐτῶν ἐμάχοντο (Thuc. I 49, 1 πολλοὺς μὲν ὁπλίτας ἔχοντες ἀμφότεροι ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων). c. 41 (164, 16) πολλαὶ μὲν οὖν ἀντίπρῳροι συνηράσσοντο ἀλλήλαις, πολλαὶ δὲ καὶ ἐμβληθεῖσαι (cf. Thuc. VII 34, 5 ἀντίπρῳροι ἐμβαλλόμενοι) κατεδύοντο, αἱ δὲ συμπλεκόμεναι καρτερῶς διηγωνίζοντο καὶ οὐ ῥᾳδίως ἀπελύοντο (Thuc. I 49, 3 ἐπειδὴ γὰρ προσβάλοιεν ἀλλήλοις, οὐ ῥᾳδίως ἀπελύοντο). 164, 19 οἱ γὰρ ἐπὶ τῆς πρῴρας τεταγμένοι πᾶσαν ἐπεδείκνυντο προθυμίαν (Thuc. I 49, 3 πιστεύοντες . . . ὁπλίταις ἐς τὴν νίκην, οἳ καταστάντες ἐμάχοντο ἡσυχαζουσῶν τῶν νεῶν. id. I 74, 2; VII 67, 1). 165, 2 ἐζώγρει δὲ οὐδείς (Thuc. I 50, 1 φονεύειν διεκπλέοντες μᾶλλον ἢ ζωγρεῖν). c. 42 (165, 15) αἱ δὲ λοιπαὶ πρύμναν κρουσάμεναι ἔφευγον (Thuc. I 50, 5 καὶ οἱ Κορίνθιοι ἐξαπίνης πρύμναν ἐκρούοντο. id. I 54, 2 πρύμναν κρουόμενοι ὑπεχώρησαν. III 78, 3). 165, 16 οἱ δὲ μέχρι τινὸς διώξαντες . . . τραπόμενοι πρὸς τὰ ναυάγια τῶν πλείστων ἐπεκράτησαν (Thuc. I 50, 3 ἐπειδὴ δὲ κατεδίωξαν τοὺς Κερκ. οἱ Κορ. ἐς τὴν γῆν, πρὸς τὰ ναυάγια . . . ἐτράποντο, καὶ τῶν πλείστων ἐκράτησαν) καὶ τὰ ἑαυτῶν ἀνείλοντο (Thuc. I 54, 1 οἱ δὲ Κερκ. τά τε ναυάγια καὶ νεκροὺς ἀνείλοντο) 165, 20 ἔστησαν δὲ καὶ τρόπαιον τῆς νησομαχίας ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τοῦ κήτους (Thuc. I 54, 1 τρόπαιον ἔστησαν ἐν τοῖς ἐν τῇ ἠπείρῳ Συβότοις). 165, 22 ἐκείνην μὲν οὖν τὴν νύκτα περὶ τὸ θηρίον ηὐλίσαντο . . . ὁρμισάμενοι . . . τῇ ὑστεραίᾳ δὲ . . . ἀπέπλεον (Thuc. I 51, 5 οἱ δὲ Κερκ. [ἦν γὰρ νύξ] . . . ὡρμίσαντο. 52, 1 τῇ δ’ ὑστεραίᾳ . . .) 166, 5 ὥσπερ παιᾶνας ᾄδοντες (Thuc. I 50, 5 καὶ ἐπεπαιάνιστο αὐτοῖς id. II 91, 2).

Iterum igitur Lucianum, quippe qui res gestas sese narrare simularet, Thucydidem, verum illud omnium aetatum exemplum, imitatum esse luculenter apparet. Videmus autem

eum non solum narratione ipsa, sed verbis quoque ac sententiis saepius atque iterum rerum scriptores in rebus admodum ridiculis imitatum esse. Ac praeter ea, quae narrationis ordinem secuti attulimus, non pauca restant, quae hoc loco colligere e re erit.

132, 18 *κυβερνήτην μισθῷ πείσας* (cf. Thuc. I 31, 1: *ἐρέτας μισθῷ πείθοντες*. id. I 60, 1; II 96, 2; IV 80, 5).

19 *ἄκατος δὲ ἦν* (Her. VII 186; Thuc. VII 59, 3).

133, 2 *ἄνεμος ἐπεδίδου* (Thuc. VIII 24, 4; Her. II 13).

5 *χειμάζεσθαι* (Thuc. VIII 99 ex.)

14 *ἐπὶ κατασκοπῇ* (Xen. Cyr. VI 2, 9).

17 *ἀμυδροῖς γράμμασι* (Thuc. VI 54, 7).

134, 5 *ναυσίπορος* (Xen. An. II 2, 3).

136, 1 *ὅσον οὐδέπω* (Thuc. I 36, 1; V 59, 5; 64, 1; VI 45; 57, 2: *ὅσον οὐ*. id. IV 125, 1; VI 34, 9: *ὅσον οὔπω*).

137, 20 *συμφάναι* (Xen. An. V 8, 8; VII 2, 26).

138, 8 *κατορθοῦν τὸν πόλεμον* (Thuc. II 65, 7; 89, 2; VI 11, 1 et saep. Xen. hist. gr. VII 1, 5; 9).

146, 2 *φόρον ὑποτελεῖν* (Thuc. I 66, 1).

152, 3 *ἔνσπονδος* (Thuc. I 31, 2; 35, 3; 40, 3; III 65, 3).

17 *ἐπὶ ξενίᾳ καλεῖν* (id. II 36 [197, 15]) ita enim scribendum videtur esse reiecta Cobeti coniectura '*ἐπὶ ξένια*' (cf. Icarom. 23 [124, 5 H] *ἐπὶ ξενίᾳ καλεῖν*. id. Xen. comm. IV 4, 3. An. I 6, 10. Diodor XIII 83, 1; XIV 12, 3 [*ἐπὶ θυσίᾳ καλέσαι*] Josephus Ant. XII 165; b. Jud. I 254).

154, 4 *ἐκ τῶν παρόντων* (Thuc. VI 70, 4. Xen. An. III 2, 3).

157, 8 *νεήλυδες* (Il. X 434. 559. Her. I 118).

160, 11 *διὰ μάχης ἐλθεῖν* (Thuc. II 11, 3; IV 92, 1. Her. VI 9).

162, 6 *τὴν ἡσυχίαν ἦγον* (Thuc. II 72, 1; 100, 6; V 94; VI 24, 4).

8 *προαπαντήσαντες αὐτοῖς* (Thuc. IV 92, 5; VI 42, 2).

13 *νεκροὺς ἀνῃροῦντο* (Thuc. II 22, 2; 79, 7. IV 44, 3; 98, 8).

15 *χωρήσαντες ἐπ' αὐτούς* (Thuc. I 62, 3; 4; 69, 3. Xen. An. IV 2, 15). *πάντας ἄρδην* (Xen. An. VII 1, 12).

162, 17 *διαδράντες* (Her. VIII 75; IX 58. Thuc. VII 85, 4).

Quibus exemplis pauca ex altero libro adiungere visum est, qui non multa suppeditat quaerentibus, cum ibi scriptor minus in proeliis se versatum finxerit, velut

168, 9 *ἀνελκύσαντες τὸ πλοῖον* (Thuc. VI 44, 3; VIII 44, 4).

169, 10 *ἐπέλειπε τὰ ἐπιτήδεια* (Xen. An. IV 7, 1).

187, 15 *ὑπὸ σπουδῆς* (Thuc. III 33, 3; V 66, 2; VIII 107, 1).

188, 7 *ὑπὸ προθυμίας* (Thuc. IV 14, 3; VII 76).

10 *ἀναδησάμενοι τὴν ναῦν* (Thuc. II 90, 6; IV 14, 1; VII 74, 2).

198, 3 *κατιόντος τοῦ πνεύματος* (Thuc. II 25, 4; 84, 3. VI 2. 4).

Non dubium videtur esse, quin 'verae historiae' haud mediocriter eorum qui audiverunt animos commoverint — recitatas vero esse eas nobis persuasimus[93] — adeo, ut continuare eas et intermissas eiusdem generis recitationes denuo suscipere e re ei videretur esse. Quod plane apparebit, si legerimus libellum illum, cui nomen est Bacchus, quam esse praefationem alterius 'verarum historiarum' libri pro-

93. Rohde l. c. pg. 328 n. 1.
Thimme, Jahrb. f. Phil. 137 (1888), pg. 563/4.

bavit commentatio Thimmii[94]. Scriptor enim novam ingressurus recitationem veteres compellat amicos Bacch. c. 5 (28, 3 N) *'ἀναμνησθῶσιν οἱ παλαιοὶ συμπόται κώμων κοινῶν τῶν τότε καιρῶν'*. Atque hoc quoque libello probari potest senem fuisse Lucianum eo tempore quo recitavit; ipse enim profitetur c. 6 (28, 20) *'καὶ πίνουσι τῶν πηγῶν, . . . καθ' ἡλικίαν, τὰ μὲν μειράκια τῆς τῶν Σατύρων, οἱ ἄνδρες δὲ τῆς Πανικῆς, τῆς δὲ τοῦ Σιληνοῦ οἱ κατ' ἐμέ.*

Omnia vero mira, quae narrat in libello, in se ipsum dicta esse profitetur c. 8 (29, 23) *ταῦτά μοι κατὰ τὸν Μῶμον εἰς ἐμαυτὸν ἀπεσκώφθω'*. Optime vero congruit haec praefatio acuminis plena cum 'verarum historiarum' narrationibus, ita ut auctor ipse monere videatur audientes c. 5 (27, 12) *'καὶ πρὸς Χαρίτων*[95] *μή με κορυβαντιᾶν ἢ τελέως μεθύειν ὑπολάβητε'*.

Atque sunt in ver. hist. quae ad Bacchum eiusque fabulas spectare videantur, in quibus locum, quem supra omisimus, commemorabimus I 17 (143, 2) *'ὠγκήσαντο ἑκατέρων οἱ ὄνοι — τούτοις γὰρ ἀντὶ σαλπιστῶν χρῶνται'*. Hoc quoque exemplo confirmari videntur ea, quae Thimmius[96] attulit, ut probaret recitatas esse historias ab auctore die quodam festo Bacchi. Praeter ea, quae attulit vir doctus, afferre licet verba e Baccho c. 4 (27, 1) petita *'καὶ ὁ τοῦ Σιληνοῦ ὄνος ἐνυάλιόν*

94. l. c. pg. 562.
Cui adnecti potest alia a Schmidio in Philol. vol. L confecta, qui eandem atque ille sententiam sequitur (pg. 313).

95. quam formulam e Platonis Theaeteto (pg. 15, 13 Sch.) petitam frequentasse Lucianum recte monuit Vahlenus in ind. lect. Berol. 1889/90 (opusc. acad. I pg. 443).

96. l. c. pg. 566.

τι ὠγκήσατο'. Meminerimus enim eorum, quae legimus apud Ps. Eratosth. catast. 11 (pg. 14, 5 Ol.): *'ὠγκήθησαν οἱ ὄνοι'* in Gigantum proelio describendo (cf. 14, 2 *λέγεται Διόνυσον καὶ Ἡφ. καὶ Σάτ. ἐπὶ ὄνων πορεύεσθαι*).

Quibus locis adnecti potest alius — exempla enim ex ver. hist. ipsis eruta plus valeant quam quae ex praefatione nascuntur -- II 41 (201, 1) *'ὁ γὰρ ἱστὸς τῆς νεὼς ἐξεβλάστησεν καὶ κλάδους ἀνέφυσεν καὶ ἐπὶ τῷ ἄκρῳ ἐκαρποφόρησεν, ὁ δὲ καρπὸς ἦν σῦκα καὶ σταφυλὴ μέλαινα, οὔπω πέπειρος.* Scholia (pg. 24) hoc loco monuerunt carpi a Luciano ea, quae de Aaronis baculo narrata essent. At recte Rohdius[97] eas narrationes minime ad locos biblicos revocandos esse statuit. Immo vero haec atque alia ad Bacchi cultum referenda esse consentaneum est. Itaque reiecimus alia a Lehmanno[98] allata, velut sub Nephelocentauris I 18 (144, 4) carpi Cherubinos, quos descripsit Ezechiel, sub Phellopodibus II 4 (171,8) maritimam Servatoris nostri ambulationem, piscem porro ingentis magnitudinis[99], qui devorat navem, eundem videri atque eum, qui Jonam prophetam devoraverit, nec minus quae scholia (pg. 21) monuerunt in describendis vel beatorum urbe II 11 (175, 9) eum alludere ad Hierosolyma caelestia a prophetis magnifice exornata vel (pg. 22) ingenti maris voragine II 43 (202, 15) ad miram Judaeorum per mare rubrum profectionem.

Huc accedit, quod saepius Lucianus in narrationibus usus est statis diebus septenis. Quae *'ἑβδόμη'* quae dicitur in Dionysi cultu magni momenti videtur fuisse (cf. *Διόνυσος*

97. l. c. pg. 208 n.

98. l. c. pg. 650. 666.

99. cf. Ps. Callisth. pg. 79, 17 R. *(νῆσός ἐστι . . . καὶ κῆτος ἦν).*

Ἑβδομεύς, ἑπταμηνιαῖος. Luc. deor. dial. 9, 2 *τὸ ἔμβρυον ἑπτάμηνον*)[100].

Huc acedunt quae dicit de hominibus qui dicuntur *Δενδρῖται*, quos iam supra (pg. 31) commemoravimus. Baccho enim cognomen fuisse *Δενδρίτης* auctor est Plutarchus (conv. 675 F: *Διονύσῳ δὲ δενδρίτῃ πάντες ὡς ἔπος εἰπεῖν Ἕλληνες θύουσιν*), atque cum phallus quoque commemoretur (I 22 [147, 20] et 30 [154, 15]), iam nihil obstare nobis quidem videtur, quominus recitasse auctorem die festo illius dei statuamus. Nec vero est, quod priori quoque 'verarum historiarum' libro praefationem quaeramus; quam sententiam[101] recte refutavit Helmius[102]. Exstat enim ea quattuor capitibus inclusa.

Sed iam ad argumentum alterius libri accedamus.

---

100. cf. Roscher „Die Sieben- und Neunzahl im Kultus und Mythus der Griechen". Abh. d. sächs. Ges. d. Wissensch. XXIV, I (1904) pg. 23.

101. cf. Thimme l. c. pg. 565.
Schmid l. c. pg. 313.

102. L. u. M. pg. 282 n. 2.

Liber II.

In fine prioris libri Lucianus sese atque socios in beluae maritimae alvo inclusos finxerat. Iam ipse deliberavit, quo modo se eriperent (167, 2). Qua in re Ulixis exemplum in Cyclopis antro inclusi ei videtur obversatum esse. Perfringere vero beluae latera conati, cum nihil profecissent, silva incensa eam interficere constituerunt. Ne autem illa mortua in alvo inclusi misere perirent, magnis trabibus, ut exitum haberent, ingens os eius fulserunt. Simili modo Ulixes in Polyphemi antro ne illo interfecto exitu intercluderentur veritum esse apud Homerum scriptum videmus. (cf. Luc. 168, 4 *κινδυνεύσομεν κατακλεισθέντες ἐν νεκρῷ αὐτῷ ἀπολέσθαι* — Od. IX 303

αὐτοῦ γάρ κε καὶ ἄμμες ἀπωλόμεθ᾽ αἰπὺν ὄλεθρον.)

Et contigit iis, ut belua mortua incolumes navem per ingens os in mare demitterent. Paulo post denuo iter ingressis nova occurrunt mira. Ac primum quidem narrat auctor mirum iter per glaciem factum c. 2 (169, 2) '*πᾶν ἐπάγη τὸ πέλαγος, ... ἐς βάθος ὅσον ἐς ἓξ ὀργυιάς, ὥστε καὶ ἀποβάντας διαθεῖν ἐπὶ τοῦ κρυστάλλου*'. Quae verba legentibus in memoriam veniet Herodoti narrationis. Neque enim casu factum esse potest, ut idem fere diceret de Scytharum terra IV 28: *ἡ δὲ θάλασσα πήγνυται ... καὶ ἐπὶ τοῦ κρυστάλλου οἱ ... Σκύθαι ... στρατεύονται καὶ τὰς ἁμάξας ἐπελαύνουσι.* Pro raedis igitur fingit Lucianus navem per glaciem quinque

dies labentem, donec ingenti gelu soluto glacies in aquam dissolvitur. Nec multa post ad insulam navis appellitur c. 3 (169, 16) in qua venantur boves, quibus cornua sub oculis fuisse narrat, ‘ὥσπερ ὁ Μῶμος ἠξίου’. Saepius ab auctore[1] commemoratur noctis ille filius, de quo Hesiodus theog. 214.

Hoc loco Cognato[2] videtur Lucianus alludere ad ea, quae de Momo scripsit Aristoteles de partit. animal. lib. III 2. At non congruunt haec verba cum illis, quia vituperatur taurus ‘ὅτι οὐκ ἐπὶ τοῖς ὤμοις ἔχει τὰ κέρατα’. Immo vero alludit scriptor ad eam fabulam, quam ipse Nigr. 32 exposuit (Babr. 59): *ἐμέμφετο* (scil. *ὁ Μῶμος*) *τοῦ ταύρου τὸν δημιουργὸν θεὸν οὐ προθέντα τῶν ὀφθαλμῶν τὰ κέρατα.* Eundem enim atque in multis aliis libris morem saepius hoc libro sequitur Lucianus, ut se ipse exscribat atque eandem rem variis vel exemplis vel imaginibus illustret. Iis autem, quae de bubus illis dicit, Homeri de solis bubus narrationem Od. XII 261 sq. videtur carpere, praesertim cum eodem poetae loco eum iam supra (pg. 39) usum esse appareat.

In alia autem, ad quam appellunt navem, insula, quem ingentem caseum fuisse narrat c. 3 (170, 14) regnat *Τυρὼ ἡ Σαλμωνέως*, quam saepius commemoravit Lucianus[3]. Qua re Homeri de Neptuno narratio illius virginis amore inflammato Od. XI 235 sq. ludibrio haberi videtur.

Deinde ex mari lacteo egressi miros vident homines per aquam labentes c. 4 (171, 4). *Φελλόποδες* autem nominantur

---

1. Nigrin. 32. Icar. 31. de hist. conscr. 33. Bacch. 8. Iupp. trag. 19 (Roscher lex. myth. II 2 pg. 3117 sq).
2. Lehm. l. c. pg. 666.
3. dial. mar. 13. dial. mort. 18, 1.

(ἄνθρωποι . . . ἅπαντα ἡμῖν προσεοικότες, πλὴν τῶν ποδῶν μόνων· ταῦτα γὰρ φέλλινα εἶχον[4]*).* Quod Rohdio[5] videtur pertinere ad ea, quae Homerus de equis Erichthonii dicit Il. XX 228/9:

ἀλλ' ὅτε δὴ σκιρτῷεν ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης,
ἄκρον ἐπὶ ῥηγμῖνα ἁλὸς πολιοῖο θέεσκον.

Alludit autem fortasse ad eos, qui ab Alcmane poeta nominantur *στεγανόποδες* (Alcman fr. 118 B)[6].

Una cum miris illis hominibus iter continuant, quo in describendo usum scriptorum fabularum quas dicimus Romanensium sequitur Lucianus. Dicit enim (171, 12) *μέχρι μὲν οὖν τινος συνωδοιπόρουν ἡμῖν παραθέοντες, εἶτα ἀποτραπόμενοι τῆς ὁδοῦ ἐβάδιζον εὔπλοιαν ἡμῖν ἐπευξάμενοι. μετ' ὀλίγον δὲ πολλαὶ νῆσοι ἐφαίνοντο, πλησίον μὲν ἐξ ἀριστερῶν ἡ Φελλώ, ἐς ἣν ἐκεῖνοι ἔσπευδον.* Eodem fere modo commune iter describit Apuleius Met. I 21, 1 (19, 6 H): is finis nobis et sermonis et itineris communis fuit. nam comites uterque ad villulam proximam laevorsum abierunt.

Deinde ad beatorum insulam advectus (cf. Jamb. ap. Diod. II 55, 4 *ἥξειν γὰρ αὐτοὺς εἰς νῆσον εὐδαίμονα καὶ ἐπιεικεῖς ἀνθρώπους, παρ' οἷς μακαρίως ζήσεσθαι*) eam summa arte describit c. 5 (171, 20 sq.). Jam procul odores suavissimos sentiunt (172, 1): *θαυμαστή τις αὔρα περιέπνευσεν ἡμᾶς, ἡδεῖα καὶ εὐώδης, οἵαν φησὶν ὁ συγγραφεὺς Ἡρόδοτος ἀπόζειν τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας. οἷον γὰρ ἀπὸ ῥόδων . . . ἔτι δὲ*

---

4. Quantopere vero augere studeat Lucianus in ‚veris historiis‘ suas ipsius narrationes, hoc quoque loco probatur. Legimus enim Toxar. 20: *φελλοὺς πολλοὺς ἀφεῖναι αὐτοῖς . . ..ὡς ἐπὶ τούτων ἀπονήξαιντο.*
5. l. c. pg. 206 n. 4.
6. cf. Strab. I (C. 43) *Ἀλκμᾶνος στεγανόποδας ἱστοροῦντος.*

μυρρίνης . . . τοιοῦτον ἡμῖν τὸ ἡδὺ προσέβαλλεν. Praeter haec verba Herodoti III 113 (*ἀπόζει δὲ τῆς χώρης τῆς Ἀραβίης θεσπέσιον ὡς ἡδύ*) occurrunt Ctesiae[7]: *ὀνομάζεται . . . Ἑλληνιστὶ μυρορόδα. ὄζει δὲ πάντων ἥδιστα . . . ὄζειν δέ φασι αὐτὸ καὶ ἐπὶ πέντε σταδίους.* Idem fere dicit Euhemerus in Panchaea insula describenda (pg. 47, 4 N): *ἔχει δὲ σμύρνης πλῆθος διάφορον καὶ τῶν ἄλλων θυμιαμάτων παντοδαπὰς φύσεις, παρεχομένας πολλὴν εὐωδίαν.*

In fluminibus quoque describendis (172, 10) '*ποταμούς τε διαυγεῖς* (cf. 202, 15) *ἐξιέντας ἠρέμα εἰς τὴν θάλασσαν*' apparet similitudo quaedam cum iis, quae de terra beata dicit Ps. Callisthenes II 39, 6: *καὶ ἦν ἐν αὐτῷ πηγὴ διαυγής, ἧς τὸ ὕδωρ ἤστραπτεν ὡς ἀστραπή.*

Mirum quoque quod de auris praedicat (172, 14) '*καὶ αὖραι δέ τινες ἡδεῖαι πνέουσαι ἠρέμα τὴν ὕλην διεσάλευον*', ita ut Pindari in beatorum insula describenda verborum in mentem veniat Ol. II 130

ὠκεανίδες
αὖραι περιπνέοισιν·

Jam procul audiri fingit (173, 1) '*βοὴν σύμμικτον . . ., οἵα γένοιτ' ἂν ἐν συμποσίῳ, τῶν μὲν αὐλούντων, τῶν δὲ ἐπᾳδόντων, ἐνίων δὲ κροτούντων.* Facete his verbis Aristophanis illud videtur aemulatus esse, qui idem fingit Ran. 154

ἐντεῦθεν αὐλῶν τις σε περίεισιν πνοή,
ἀνδρῶν, γυναικῶν καὶ κρότον χειρῶν πολύν
(scil. *τῶν μεμυημένων*).

Qua in insulae descriptione multa ei proposita erant exempla ad imitandum. Ilico occurrunt Platonis Atlantis, Theopompi Meropis, Hecataei Helixoea, Euhemeri Panchaea, Jambuli beatae insulae.

7. Phot. l. c. pg. 49 a 32.

Ac primum quidem ingrediuntur insulam c. 6 (173, 7) '*διὰ λειμῶνος*[8] *εὐανθοῦς*' (cf. 177, 15 *λειμὼν δέ ἐστιν κάλλιστος*). Imitatus autem videtur esse Lucianus quod Plato dicit Rep. X 614 e: '*ἀσμένας εἰς τὸν λειμῶνα ἀπιούσας*'[9] et Homeri verba Od. XI 539, XXIV 13 '*κατ' ἀσφοδελὸν λειμῶνα*'. Jambulus ipse quoque (Diod. II 57, 1) facit insulae beatae incolas '*ἐν τοῖς λειμῶσι*' viventes[10]. Idem dicit Dio Chrysost. XXXV 21 (pg. 337, 13) '*εἰσὶ δὲ λειμῶνες αὐτόθι πάγκαλοι*'.

Statim autem comprehenduntur a custodibus c. 6 (173,8) '*οἱ δὲ δήσαντες ἡμᾶς ῥοδίνοις στεφάνοις — οὗτος γὰρ μέγιστος παρ' αὐτοῖς δεσμός ἐστιν.* Quae verba artius cohaerere videntur cum Pindari descriptione Ol. II 135

'*ὅρμοισι τῶν χέρας ἀναπλέκοντι καὶ στεφάνοις*'.

Deinde iudicii fiunt testes, quo in enarrando aetatis suae morem auctor secutus est. En repetit argumenta rhetorica et exempla sententiarum illarum et controversiarum c. 7 (173, 15) *ἦν δὲ ἡ μὲν πρώτη δίκη περὶ Αἴαντος τοῦ Τελαμῶνος, εἴτε χρὴ αὐτὸν συνεῖναι τοῖς ἥρωσιν εἴτε καὶ μή.* Decretum vero factum esse facete dicit, ut traderetur Hippocrati medico et postea '*ἐλλεβόρου πιών*' (cf. ea quae attulimus pg. 66) ad convivium admitteretur.

Jam sequitur alterum iudicium c. 8 (174, 3) '*δευτέρα δὲ ἦν κρίσις ἐρωτική, Θησέως καὶ Μενελάου περὶ τῆς Ἑλένης δια-*

8. cf. de luctu 5: *λειμὼν ὑποδέχεται μέγας τῷ ἀσφοδέλῳ κατάφυτος.*
Necyom 11: *πρὸς λειμῶνα μέγιστον.*

9. id. Gorgias 524 a.

10. cf. Verg. Aen. VI 673/5.
nulli certa domus, lucis habitamus opacis,
riparumque toros et prata recentia rivis
incolimus.

γωνιζομένων, ποτέρῳ χρὴ αὐτὴν συνοικεῖν', alludens ad fabulam de Helena narratam a Theseo Pirithoo adiutore rapta (cf. Plut. Thes. 31; Paus. II 22, 6; Diod. IV 63; Her. IX 73). Judicavit vero Rhadamanthus illam esse Menelai, quippe qui tot labores ac pericula pro ea sustinuisset.

Vetus quoque rhetor ille exsistit in tertio certamine inter Alexandrum et Hannibalem de principatu apud inferos ficto c. 9 (174, 9) '*τρίτη δ' ἐδικάσθη περὶ προεδρίας Ἀλεξάνδρῳ τε τῷ Φιλίππου καὶ Ἀννίβᾳ τῷ Καρχηδονίῳ*', ex quo ille superior discedit. Idem uberius tractaverat auctor dial. mort. 12. Judicio quoque Minois sese adfuisse narrat Nec. 11, in quo a sua quemque umbra accusari fingit, nec minus Catapl. 22 causam apud inferos actam Menippo auctore protulit.

Quartam vero ipsorum causam agi fingit c. 10 (174, 13). Rhadamanthus[11] autem, qui iudicio praeest, interrogat eos, qua re adducti vivi illa loca ingressi sint (174, 14 *τί παθόντες ἔτι ζῶντες ἱεροῦ χωρίου ἐπιβαίημεν*). Iterum eundem, quem identidem commemoravimus, fontem videtur secutus esse. Meminerimus enim Tiresiae apud Homerum Od. XI 93 verborum, quibus compellat Ulixem apud inferos versatum:

τίπτ' αὖτ', ὦ δύστηνε, λιπὼν φάος ἠελίοιο
ἤλυθες, ὄφρα ἴδῃ νέκυας καὶ ἀτερπέα χῶρον;

Postremo decretum esse fingit (175, 5), ne diutius septem mensibus versarentur in beatorum insula (cf. Jamb. ap.

11. Pind. Ol. II 136
βουλαῖς ἐν ὀρθαῖσι Ῥαδαμάνθυος,
ὃν πατὴρ ἔχει Κρόνος ἑτοῖμον αὐτῷ πάρεδρον.
Verg. Aen. VI 566/7
Cnosius haec Rhadamanthus habet durissima regna
castigatque auditque dolos subigitque fateri.
(Norden Aen. VI pg. 268.)

Diod. II 60 in. '*ἑπτὰ δ' ἔτη μείναντες παρ' αὐτοῖς*). Quem numerum consulto Lucianum finxisse apparet. Supra enim (136, 14 et 167, 11) dixerat '*ἡμέρας μὲν ἑπτὰ καὶ ἴσας νύκτας*' et paulo infra (175, 11) in beatorum urbe describenda '*πύλαι δέ εἰσιν ἑπτά*' (cf. septem Thebarum portas, septem contra Thebas al.). Antiquissimam enim constat fuisse de hoc fatali dierum numero hominum opinionem (septem dies i. e. '*καιρός*')[12].

Iam pergit c. 11 (175, 7) '*τοὐντεῦθεν αὐτομάτων ἡμῖν τῶν στεφάνων περιρρυέντων ἐλελύμεθα*, qua re mira Xenophontis de miro somnio narrationem videtur imitatus esse iisdem fere verbis usus (cf. An. IV 3, 8: *ἔδοξεν ἐν πέδαις δεδέσθαι, αὗται δὲ αὐτῷ αὐτόμαται περιρρυῆναι, ὥστε λυθῆναι.*)

In illustranda autem virorum beatorum vita non neglegit sicut supra in caeli incolis miros eorum mores illustrare. Mirum enim quod dicit de eorum vestimentis c. 12 (176, 4): '*ἐσθῆτι δὲ χρῶνται ἀραχνίοις λεπτοῖς, πορφυροῖς*'. Quod recte monuit Rohdius[13] referendum esse ad Jambuli verba de insulae beatae incolis (Diod. II 59, 4 '*θαυμαστὰ κατασκευάζειν ἱμάτια πορφυρᾶ*').

Ipsos vero depingit (176, 5 sq.) quasi umbras erectas, non sicut hominum nigras, ita ut corpora esse videantur, praesertim cum moveantur vocemque emittant, Homerum videlicet secutus, qui ipse fingit animas, cum corpore careant, tamen eius formam retinentes (cf. Il. XXIII 65/7

ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ Πατροκλέεος δειλοῖο,
πάντ' αὐτῷ μέγεθός τε καὶ ὄμματα καλ' ἐικυῖα
καὶ φωνήν, καὶ τοῖα περὶ χροΐ εἵματα ἕστο).

12. cf. Roscher, „Die Sieben- und Neunzahl“, pg. 31.
13. l. c. pg. 243 n. 1.

Verbis quoque quae addit (176, 10) ‘*εἰ γοῦν μὴ ἅψαιτό τις, οὐκ ἂν ἐξελέγξειε μὴ εἶναι σῶμα τὸ ὁρώμενον*’ ad Homerum videtur alludere, qui similia tradit Od. XI 204 sq.

ὣς ἔφατ’, αὐτὰρ ἐγώ γ’ ἔθελον φρεσὶ μερμηρίξας
μητρὸς ἐμῆς ψυχὴν ἑλέειν κατατεθνηκυίης.
τρὶς μὲν ἐφωρμήθην, ἑλέειν τέ με θυμὸς ἀνώγειν,
τρὶς δέ μοι ἐκ χειρῶν σκιῇ εἴκελον ἢ καὶ ὀνείρῳ
ἔπτατ’.

(cf. Verg. Aen. VI 292/4

et ni docta comes tenuis sine corpore vitas
admoneat volitare, cava sub imagine formae,
inruat et frustra ferro diverberet umbras.)

Nec minus mira haec (176, 13): *οὐ μὴν οὐδὲ νὺξ παρ αὐτοῖς γίνεται, οὐδὲ ἡμέρα πάνυ λαμπρά· καθάπερ δὲ τὸ λυκαυγὲς ἤδη πρὸς ἕω, μηδέπω ἀνατείλαντος ἡλίου, τοιοῦτο φῶς ἐπέχει τὴν γῆν.* Scholia (pg. 21) confirmant hoc loco imitatum esse auctorem ea, quae narrat Antonius Diogenes[14] de locis ultra Thulen sitis: *καὶ τὴν νύκτα μηνιαίαν, καὶ ἔλαττον δὲ καὶ πλέον, καὶ ἑξαμηνιαίαν δέ, καὶ τὸ ἔσχατον ἐνιαυσιαίαν· οὐ μόνον δὲ τὴν νύκτα ἐπὶ τοσοῦτον παρατείνεσθαι, ἀλλὰ καὶ τὴν ἡμέραν ταύταις συμβαίνειν ἀνάλογον.*

Jam meminerimus Homeri verborum Od. XI 14/5

ἔνθα δὲ Κιμμερίων ἀνδρῶν δῆμός τε πόλις τε,
ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι·

Ad quos Dercyllidam et Mantiniam venisse narrat Antonius Diogenes[15]. Loci vero multo graviores exstant apud Aelianum V. H III 18: *κατειλῆφθαι αὐτὸν* (scil. *τόπον Ἄνοστον*) *οὔτε ὑπὸ*

14. Phot. l. c. pg. 110/1.
15. Phot. l. c. pg. 109 a 39.

σκότους, οὔτε ὑπὸ φωτός, ἀέρα δὲ ἐπικεῖσθαι ἐρυθήματι μεμιγμένον θολερῷ’, atque apud Plutarchum de fac. i. o. l. 941 D: *καὶ τὸν ἥλιον ὁρᾶν κρυπτόμενον ὥρας μιᾶς ἔλαττον ἐφ’ ἡμέρας τριάκοντα· καὶ νύκτα τοῦτο εἶναι, σκότος ἔχουσαν ἐλαφρὸν καὶ λυκαυγὲς ἀπὸ δυσμῶν περιλαμπόμενον*[16].

Pergit autem Lucianus terram ipsam describere c. 13 (177, 3 sq.): *ἡ δὲ χώρα πᾶσι μὲν ἄνθεσιν, πᾶσι δὲ φυτοῖς ἡμέροις τε καὶ σκιεροῖς τέθηλεν· αἱ μὲν γὰρ ἄμπελοι δωδεκάφοροί εἰσιν καὶ κατὰ μῆνα ἕκαστον καρποφοροῦσιν· τὰς δὲ ῥοιὰς καὶ τὰς μηλέας καὶ τὴν ἄλλην ὀπώραν ἔλεγον εἶναι τρισκαιδεκάφορον.* Videmus autem, quantopere fabuletur ille quidem. Comparare vero licet ea, quae Jambulum narravisse auctor est Diodorus II 56, 7 *καὶ τὰς ὀπώρας δὲ παρ’ αὐτοῖς παρ’ ὅλον τὸν ἐνιαυτὸν ἀκμάζειν* (id. 59, 3 *γίνεται δὲ παρ’ αὐτοῖς ἀκροδρύων τε πλῆθος αὐτομάτων*). Nec minus in mentem venit Homeri verborum in Phaeacum terra describenda Od. VII 117 sq.

τάων οὔ ποτε καρπὸς ἀπόλλυται οὐδ’ ἀπολείπει
χείματος οὐδὲ θέρευς, ἐπετήσιος· ἀλλὰ μάλ’ αἰεὶ
ζεφυρίη πνείουσα τὰ μὲν φύει, ἄλλα δὲ πέσσει.
ὄγχνη ἐπ’ ὄγχνῃ γηράσκει, μῆλον δ’ ἐπὶ μήλῳ.

Idem de Hyperboreorum insula Helixoea Hecataeum Abderitam finxisse dicit Diodorus II 47, 1: *οὖσαν δ’ αὐτὴν εὔγειόν τε καὶ πάμφορον, ἔτι δὲ εὐκρασίᾳ διαφέρουσαν, διττοὺς κατ’ ἔτος* (vid. Luciani [177, 5] *κατὰ μῆνα ἕκαστον*) *ἐκφέρειν καρπούς*[17].

Nec minus praedicat Megasthenes de Indorum terra (Diod. II 35, 3[18]) *διττοὺς ἔχει τοὺς κατ’ ἔτος καρπούς.*

16. Rohde l. c. pg. 207/8 n.
17. Müller F. H. G. II 386 fr. 2.

Ter vero fructus fieri dicit Hesiodus (op. 174/5) in beatorum insulis[19]

ὄλβιοι ἥρωες, τοῖσι μελιηδέα καρπὸν
τρὶς ἔτεος θάλλοντα φέρει ζείδωρος ἄρουρα.

Nec indigna quae comparentur nobis quidem videntur quae de Aegypti et Assyriae fertilitate narrat Herodotus I 193: *ὥστε ἐπὶ διηκόσια μὲν τὸ παράπαν ἀποδιδοῖ, ἐπεὰν δὲ ἄριστα ... ἐπὶ τριηκόσια ἐκφέρει.* Studuit igitur in maius extollere quae alii scripserant, ut rem ipsam ridiculam redderet.

Auget vero mira, cum non satis habeat illa afferre, sed hoc quoque addit (177, 8) ʻ*ἀντὶ δὲ πυροῦ οἱ στάχυες ἄρτον ἕτοιμον ἐπ᾽ ἄκρων φύουσιν ὥσπερ μύκητας*ʼ. Quo alludit fortasse, ut risum moveat, ad ea, quae Iambulum narravisse scriptum inveniuus apud Diodorum II 57, 2: *φύεσθαι ... κάλαμον πολύν, φέροντα καρπὸν δαψιλῆ, ... τοῦτον οὖν συναγαγόντες βρέχουσιν ἐν ὕδατι θερμῷ ... ἔπειτα συνθλάσαντες καὶ τρίψαντες ... πλάττουσιν ἄρτους.*

Nec differt quod de Indorum terra dicit Theopompus (Ael. v. h. III 18) ʻ*καὶ λαμβάνειν τοὺς καρποὺς ἐκ τῆς γῆς χωρὶς ἀρότρων καὶ βοῶν, γεωργεῖν δὲ καὶ σπείρειν οὐδὲν αὐτοῖς ἔργον εἶναι*ʼ, vel Dio Chrysost. XXXV 19 (pg. 337,2) ʻ*γίγνεται δὲ αὐτόθι ἕτερον σπέρμα, τῶν πυρῶν καὶ τῶν κριθῶν ἀμείνων τροφή ... φύεται δὲ ἐν κάλυξι μεγάλαις, ... ταύτας τὰς ῥίζας καὶ τὸν καρπὸν ἐσθίουσιν, οὐδὲν πονήσαντες.*

Idem secutus videtur esse, ut augeret atque irrideret ea, quae apud alios invenerat, in convivio beatorum describendo. Ac primum quidem mirum quod de ventorum in conviviis ministerio narrat c. 14 (177, 18) ʻ*διακονοῦνται δὲ καὶ παρα-*

18. Müller F. H. G. II 402.
19. Rohde l. c. pg. 207 n.

*φέρουσιν ἕκαστα οἱ ἄνεμοι*ʼ. Apud omnes fere populos eiusmodi miras narrationes reperimus[20]. Rohdius[21] hoc loco attulit illud e Philostrato (III 27 pg. 105 K) petitum: *βασιλέα προτείνοντα τὴν χεῖρα οἷον εὔχεσθαι τοῖς ἀνδράσι, τοὺς δὲ ἐπινεύειν, ὥσπερ ξυντιθεμένους οἷς ᾔτει.* Addere licet alia eiusdem generis, velut quae tradit Apuleius met. V 2 ex. (105, 1 H) de miris Psyches famulis: ʻnos, quarum voces accipis, tuae famulae sedulo tibi praeministrabimus nec corporis curatae tibi regales epulae morabunturʼ (cf. Ps. Callisth. pg. 72, 25 R. ʻ*ἠκούσαμεν λαλιὰς ἀνθρώπων Ἑλληνικάς, τοὺς δὲ λαλοῦντας οὐκ εἴδομεν*ʼ), vel quae idem dicit V 6 (107, 30) de famulo Zephyro ʻilli tuo famulo Zephyro praecipeʼ, nec minus (108,19) ʻTunc vocatum Zephyrum praecepti maritalis admonet. nec mora, cum ille parens imperio statim clementissimis flatibus innoxia vectura deportat illasʼ.

Arbores quoque fingit (178, 1) eis pro fructibus varia pocula subministrantes, quae statim in conviviis vino impleantur. Qua re augere similes fabulas videtur, qualem affert Dio Chrysost. l. c. 21 (pg. 337, 14) ʻ*δένδρων παρεχόντων ... τὸν καρπὸν ἐν ἐφικτῷ τοῖς βουλομένοις λαβεῖν νευόντων τῶν κλάδων.*

Praeter ventorum ministerium nubes quoque ministrant illis (178, 11) ʻ*νεφέλαι πυκναὶ ἀνασπάσασαι μύρον ... ὕουσι λεπτὸν ὥσπερ δρόσον*ʼ. Fortasse his quoque verbis alias eius generis explodit narrationes. Nam recordari licet Herodoti de Croeso[22] e rogi flammis multo imbre servato narrationis I 87:

20. Similia inspicere licet in Pauly-Realencycl. IV pg. 1403 s. v. magia, et ap. Lobeck. Aglaoph. I pg. 236.
21. l. c. pg. 208 n.
22. cf. gall. 23: *ὅταν ὁ Κροῖσος περιτετιλμένος τὰ πτερὰ γέλωτα παρέχῃ Πέρσαις ἀναβαίνων ἐπὶ τὸ πῦρ.*

ἐκ δὲ τῆς αἰθρίης τε καὶ νηνεμίης συνδραμεῖν ἐξαπίνης νέφεα . . . καὶ ὗσαι.

In epulis autem eos delectari narrat cantu c. 15 (178, 14) ʽἐπὶ δὲ τῷ δείπνῳ μουσικῇ τε καὶ ᾠδαῖς σχολάζουσιν· ᾄδεται δὲ αὐτοῖς τὰ Ὁμήρου ἔπη μάλιστα᾽. Quae verba licet comparare cum iis, quae Jambulus de beatorum conviviis dicit (Diod. II 59, 7) ʽἐν δὲ ταῖς ἑορταῖς καὶ ταῖς εὐωχίαις λέγεσθαί τε καὶ ᾄδεσθαι παρ᾽ αὐτοῖς εἰς τοὺς θεοὺς ὕμνους καὶ ἐγκώμια. Idem fere Hecataeus de Hyperboreis refert (Diod. II 47, 3) ʽκαὶ συνεχῶς ἐν τῷ ναῷ κιθαρίζοντας ὕμνους λέγειν τῷ θεῷ μετ᾽ ᾠδῆς᾽, nec minus Theopompus (Ael. v. h. III 18) ʽκαὶ καταστρέφουσι τὸν ἑαυτῶν βίον γελῶντες εὖ μάλα καὶ ἡδόμενοι᾽, vel Euhemerus XLVI 3 (pg. 51, 16 N) de Panchaeae insulae sacerdotibus ʽπροσεδρεύουσι δὲ μάλιστα ταῖς τῶν θεῶν θεραπείαις καὶ τοῖς περὶ τούτων ὕμνοις τε καὶ ἐγκωμίοις᾽. Nec differt quod de Indis dicit Dio Chrysost. l. c. 20 (pg. 337, 12) ʽκατακλινέντες ἐν τοῖς λειμῶσιν ᾄδουσι καὶ μινυρίζουσιν᾽. Aliquo modo comparari quoque possunt quae de ʽΒραχμάνων᾽ philosophorum conventu Megasthenem narravisse auctor est Strabo XV 1, 59 (c. 712) ʽδιατρίβειν δὲ τοὺς φιλοσόφους ἐν ἄλσει πρὸ τῆς πόλεως . . . λιτῶς ζῶντας . . . ἀκροωμένους λόγων σπουδαίων.᾽

Sed haec res in omnium fere populorum descriptione inveniri poterat, quemadmodum Cicero de Romanis Disp. Tusc. I 2, 3: ‘est in Originibus solitos esse in epulis canere convivas ad tibicinem de clarorum hominum virtutibus’, vel Tacitus de Germanis refert Ann. II 88: caniturque adhuc (scil. Arminius) barbaras apud gentes. Similia tradit Suetonius de militum cantibus (div. Jul. 49. 51) vel populi (80. 84). Addere licet quae apud Apuleium exstant Met. IV 22 (91, 9 H)

‘poculis aureis memoriae defunctorum commilitonum vino mero libant, dehinc cantibus quibusdam Marti deo blanditi paululum conquiescunt.’ Idem de Elysii incolis praedicat Vergilius Aen. VI 656/8:

> conspicit ecce alios dextra laevaque per herbam
> vescentis laetumque choro paeana canentis
> inter odoratum lauri nemus.

Vertit autem hunc morem in ridiculum Lucianus (178, 15), cum Homeri carmina apud beatos cani fingit et celebres poetas, Eunomum, Arionem, Anacreontem, Stesichorum ʽἤδη τῆς Ἑλένης αὐτῷ διηλλαγμένης᾽, choros instituentes. Quod eo magis risum movet quod sequitur c. 15 (179, 3) ʽἐπειδὰν δὲ οὗτοι παύσωνται ᾄδοντες, δεύτερος χορὸς παρέρχεται ἐκ κύκνων καὶ χελιδόνων καὶ ἀηδόνων᾽.

Idem de cycnis in Hyperboreorum conviviis Hecataeum narravisse tradit Aelianus H. A XI 1: ʽἐνταῦθά τοι καὶ οἱ κύκνοι συναναμέλπουσιν ὁμορροθοῦντες, καὶ οὐδαμῶς οὐδαμῇ ἀπηχὲς καὶ ἀπῳδόν᾽. Adde quod dicit Euhemerus XLIII 2 (pg. 48, 22 N.) ʽὀρνέων τε πλῆθος παντοδαπῶν ἐννεοττεύεται, ταῖς χρόαις διάφορα καὶ ταῖς μελῳδίαις μεγάλην παρεχόμενα τέρψιν᾽, vel Dio Chrysost. l. c. 21 (337, 16) ʽοἵ τε ὄρνιθες κατᾴδουσιν . . . εὐφωνότεροι τῶν παρ᾽ ἡμῖν ὀργάνων᾽.

Maxime autem illis hominibus beatis gaudium augetur, quod duobus fontibus etiam atque etiam excitatur c. 16 (179, 7) ʽπηγαί εἰσι δύο παρὰ τὸ συμπόσιον, ἡ μὲν γέλωτος, ἡ δὲ ἡδονῆς᾽, quo de loco iam exposuit Rohdius[23] apparere a Luciano Theopompi irrideri narrationem (Ael. V. H III 18) δύο δὲ ποταμοὺς περὶ τοῦτον τὸν τόπον ῥεῖν, καὶ τὸν μὲν Ἡδονῆς

23. l. c. pg. 207 n.

καλεῖσθαι, τὸν δὲ Λύπης'. Ipsa verba (179, 10) 'ἡδόμενοι καὶ γελῶντες' ad Aeliani spectant 'γελῶντες εὖ καὶ ἡδόμενοι'. Veritatis quoque fontem in descriptione terrae Indorum commemorat Dio Chrysost. l. c. 22 (337, 29) 'φασὶ δὲ ἐξαίρετον αὐτοῖς (scil. τοῖς Βραχμᾶσι) εἶναι μίαν πηγὴν τὴν τῆς ἀληθείας'.

Omnino vero in beatorum hominum convivio mysteria[24] videtur irridere. Luculenta enim similitudo apparet cum mysteriorum imaginibus, quae in mortuorum sepulcris exstant, velut in Vincentii sacerdotis sepulcro, ad Sabazii[25] mysteria pertinentibus. Ibi[26] Vibiam uxorem eius a Plutone raptam, in iudicio apud inferorum regem stantem, postremo in convivio[26a] bonorum iudicio iudicatorum sedentem aspicimus, quibus sub horti arboribus coronis[27] et vestitu festo ornatis amplissima cena praebetur. Alii finguntur flores carpentes, pro quibus Lucianus, quippe qui omnia mirum in modum auxerit, facit 'μουσικὰ ὄρνεα ἀνθολογοῦντα' (178, 8), flores desuper cum cantu in convivas demittentia.

---

24. Alia de Luciani mysteriorum irrisione attulit Helm L. u. M. 23 sq. 71. 104 sq.

25. Sabazium Dionysi simile numen fuisse constat. (cf. Gruppe Griech. Mythol. II 1532 sq.).

26. Wendland, „Die hellenist. röm. Kultur" (Tübingen 1907), pg. 184/6.

26 a. cf. Reitzenstein, „Die hellenist. Mysterienreligionen". Lpz. 1910. pg. 12. 30.
Dieterich, „Eine Mithrasliturgie". Lpz. 1910² pg. 102 sq.
Cumont, „Die oriental. Religionen im röm. Heidentum". Lpz. 1910 pg. 83.

27. Reitzenstein l. c. pg. 32.

Jam enumerat quos viderit viros clarissimos c. 17 (179, 12). Quo in numero sunt omnes heroes atque ii, qui expeditioni contra Troianos factae dicuntur interfuisse excepto Aiace Oilei, nimirum propter scelus eius in Cassandram commissum[27a], praeterea uterque Cyrorum, Anacharsis, Zamolxis, Numa, Lycurgus, Phocion, Tellus Atheniensis.

Imprimis vero insectatur philosophorum conventum[28] et in iis irridendis multa adhibet repetitque, quae etiam in aliis libris eius reperimus. Quae multa attulit Helmius, quibus quantopere ille iisdem fere per singulos libros sententiis et rebus usus esset, explanaretur. Quo in numero ad ea, quae ex 'veris historiis' attulit vir doctus, recurrere liceat. Praeter ceteros enim licenter excurrit in Platonem c. 17 (180, 8), cum dicit: 'Πλάτων δὲ μόνος οὐ παρῆν[29], ἀλλ' ἐλέγετο αὐτὸς ἐν τῇ ἀναπλασθείσῃ ὑπ' αὐτοῦ πόλει οἰκεῖν χρώμενος τῇ πολιτείᾳ καὶ τοῖς νόμοις οἷς συνέγραψεν'. Idem autem apparet ludibrio verti quod de philosophi illius re publica illuserat vit. a. 17: 'οἰκῶ μὲν ἐμαυτῷ τινα πόλιν ἀναπλάσας, χρῶμαι δὲ πολιτείᾳ ξένῃ καὶ νόμους νομίζω τοὺς ἐμούς'. Nec minus Socratem identidem diffamare studet, quem videmus cum Nestore et Palamede colloquentem, id quod illi egregium post mortem bonum videri apud Platonem legimus Apol. 41 A., haud aliter atque Necyom. 18. dial. mort. 20, 4. Verbis quoque

---

27a. cf. Solani adnotat. (Lehm. pg. 671).
cf. Eur. Troad. 69.
οἶδ', ἡνίκ' Αἴας εἷλκε Κασάνδραν βίᾳ.

28. quos castigat symp. 6. Icar. 29. 'ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης'. ibid. 31 'τοιαῦτα τὰ θρέμματα'.

29. cf. Philops. 24: τὸν Πλάτωνα οὐκ ἐγνώρισα (scil. ἐν τοῖς νεκροῖς.)

adhibitis rideri eum monuit Helmius[30]: *ἀδολεσχεῖν* (180, 1), *φλυαρεῖν* (180, 7), ut dial. mort. 20, 4: *ληρεῖν*, Par. 43: *ὀαρίζειν*, vit. auct. 15: *στωμύλος*. Sequuntur autem philosophum Hyacinthus, Narcissus, Hylas, alii iuvenes pulchri, quibus sese integerrime uti iurat c. 19 (181, 16), quamquam id verum esse nemo est qui credat. In dial. mort. 20, 6 Charmidem et Phaedrum et Alcibiadem cum eo versari legimus. Eodem fere modo philosophum illum castigat vit. auct. 15, quo loco se puerorum amantissimum esse ipse profitetur (*παιδεραστής εἰμι καὶ σοφὸς τὰ ἐρωτικά*)[31]. Auxit vero philosophi illius irrisionem, cum Rhadamanthum minatum esse addit (180, 6) se eum, nisi interesset convivio *ἀφεὶς τὴν εἰρωνείαν*', ex insula eiecturum esse. Vehementissimo vero ardore abreptus ut invehi solet in Stoicos nec desinit irridere Zenonem '*τὸν θαυμαστόν*', Cleanthem, Chrysippum '*τὸν καλόν*' (cf. conv. 30) eiusque vanos syllogismos nominat frigidos (cf. Icar. 24), ita hoc quoque loco eundem Chrysippum facete carpit verbis c. 18 (180, 20) '*οὐ πρότερον αὐτῷ ἐπιβῆναι τῆς νήσου θέμις, πρὶν τὸ τέταρτον ἑαυτὸν ἐλλεβορίσῃ*'. Numerum igitur auctum esse reperimus, cum in vit. auct. 23, ut fieri solet, ter animum detersisse ei sufficere videatur; legimus enim '*οὐ θέμις γενέσθαι σοφόν, ἢν μὴ τρὶς ἐφεξῆς τοῦ ἐλλεβόρου πίῃς*'[32]. Inter argumenta, quae ad tem-

30. Neue Jahrb. IX (1902), pg. 199 n. 3.

31. Helm L. u. M. pg. 229.

32. Helm, Neue Jb. IX (1902) p. 266 n. 2. Herm. 86 afferunt commentatores.

'*οὐκ ἂν ὤκνησα καὶ ἐλλέβορον πιεῖν ... ἐς τὸ ἔμπαλιν ἢ ὁ Χρύσιππος, ὅπως μηδὲν ἔτι νοήσαιμι ὧν φασι.*

pus ordinemque dialogorum constituendum valent, hunc certe locum haud parvi momenti esse intellegimus. Atque quo argumento usus est Herm. c. 2 Hesiodi verbis in ridiculum detortis (op. 290

μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐς αὐτὴν καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον)

ad significandum, qua via virtutem assequereris '*ὁ οἶμος ἐπ' αὐτὴν μακρός τε καὶ ὄρθιος καὶ τρηχύς*', idem facete hic adhibet (180, 18), ut probetur, quo modo factum sit, ut illi philosophi nondum venirent ad beatorum insulam (*ἔτι γὰρ ἐλέγοντο ἀναβαίνειν τὸν τῆς ἀρετῆς ὄρθιον λόφον*). Cynicorum quoque doctrinam iterum ac saepius deridet. Fingit igitur (180, 15) Diogenem, quem iam in vit. auct. 7/11 acerrimo risu persecutus erat, adeo commutatum esse, ut saltaret ebrius, atque etiam in matrimonium duxisse illum dicit '*ἑταίραν τὴν Λαΐδα*' (180, 16). Qua in re eum Athenaei narrationem XIII 588 c (*ἧς ... ἤρα ... Διογένης ὁ κύων*) secutus videtur esse[33]. Eo gravior vero fit irrisio, cum illum a nuptiis abhorruisse auctor sit Diogenes Laertius VI 2, 54 '*ἐρωτηθεὶς ποίῳ καιρῷ δεῖ γαμεῖν, ἔφη 'τοὺς μὲν νέους μηδέπω, τοὺς δὲ πρεσβυτέρους μηδεπώποτε*'. Ceterum eadem Laide usum esse amica Aristippum testis est Laert. Diog. II 8, 74 '*ἐχρῆτο καὶ Λαΐδι τῇ ἑταίρᾳ*'.

Ceteri quoque philosophi habent, quo irrideantur; quo fit, ut Academicos ludificari non desinat. Acuminis profecto plena verba (181, 2) '*τοὺς δὲ Ἀκαδημαϊκοὺς ἔλεγον ἐθέλειν μὲν ἐλθεῖν, ἐπέχειν δὲ ἔτι καὶ διασκέπτεσθαι*[34]*· μηδὲ γὰρ αὐτὸ τοῦτό πω καταλαμβάνειν, εἰ καὶ νῆσός τις τοιαύτη ἐστίν*'.

33. Helm, Neue Jahrb. IX (1902) pg. 351.

34. Idem de Jove dixit Icar. 25 iisdem verbis usus '*ἐπεῖχε καὶ διεσκέπτετο*' (Helm Neue Jahrb. IX pg. 208).

Nec minus iocose carpit eorum ignavam rationem (181, 7) *‘πολλοὺς δὲ αὐτῶν ἔφασκον . . . ὑπὸ νωθείας ἀπολείπεσθαι μὴ καταλαμβάνοντας καὶ ἀναστρέφειν ἐκ μέσης τῆς ὁδοῦ.* Eodem fere modo vit. a. 27 Academicum quendam cavillatur, qui servum consequi non possit (*οὐ καταλαμβάνω*) quia *‘βραδὺς καὶ νωθής’* esse videatur[35]. Iidem verentur adesse in iudicio (181, 6) *‘ἅτε καὶ τὸ κριτήριον αὐτοὶ ἀνῃρηκότες’*[36].

At cum Socratem, Academicos, alios insequatur, Aristippum et Epicurum summis apud inferos honoribus affici fingit (180, 11) *‘οἱ μέντοι ἀμφ’ Ἀρίστιππόν τε καὶ Ἐπίκουρον τὰ πρῶτα παρ’ αὐτοῖς ἐφέροντο ἡδεῖς τε ὄντες καὶ κεχαρισμένοι καὶ συμποτικώτατοι.* Idem aliis locis de iis praedicat; (cf. Demon. 62 *φιλῶ Ἀρίστιππον*, vit. a. 19: *Ἐπίκουρος . . . τὰ δ’ ἄλλα ἡδὺς καὶ λιχνείᾳ φίλος*, Necyom. 13: *προελθὼν Ἀρίστιππος ὁ Κυρ.* — *ἄγουσι δ’ αὐτὸν ἐν τιμῇ καὶ δύναται μέγιστον ἐν τοῖς κάτω.* id. bis acc. 23); aliter vero de eo videtur iudicavisse dial. mort. 20, 5 (*ἀποπνέων μύρου*) et vit. a. 12 (*τὸν Κυρηναῖον τὸν ἐν τῇ πορφυρίδι, τὸν ἐστεφανωμένον . . . σοφιστὴς ἡδυπαθείας . . . ἄπρατος ἔοικε*). Sed illam quoque descriptionem, qua convivas eos faciat facillimos atque gratissimos, non meram laudem esse ducam, quia aliquid ridiculi certe admiscet videturque hoc quoque loco ludibrio vertere voluptatem, quam illi sequendam ducant.

Etiam quae de inferorum moribus addit ridendi causa ex philosophorum disciplina detorta sunt, ut c. 19 (181, 14) *‘μίσγονται μὲν ἀναφανδὸν πάντων ὁρώντων καὶ γυναιξὶ καὶ ἄρρεσι, καὶ οὐδαμῶς τοῦτο αὐτοῖς αἰσχρὸν δοκεῖ’.* Scholia (pg. 22)

35. Helm L. u. M. pg. 230.

36. cf. bis acc. 15: *ἡ Ἀκαδημία πρὸς ἀμφοτέρους ἀεὶ παρεσκεύασται τοὺς λόγους.*

mentionem faciunt Herodoti verborum III 101 *‘μεῖξις δὲ τούτων τῶν Ἰνδῶν . . . πάντων ἐμφανής ἐστι’*, quibus addere licet alia Herodoti I 203 *‘μεῖξιν δὲ τούτων τῶν ἀνθρώπων εἶναι ἐμφανέα κατάπερ τοῖς προβάτοισι’*, vel Magasthenis (Strab. XV 1, 56 [C. 710]) *‘φησὶ γὰρ τοὺς τὸν Καύκασον οἰκοῦντας ἐν τῷ φανερῷ γυναιξὶ μίσγεσθαι’.*

Sed apparet ut infra Platonem, sic hoc loco Cynicos illudi, qui ne turpia quidem in publico agere vereantur, ut Apul. flor. 14 (19, 6 H) narrat Cratetem loco celebri coram cum Hipparche uxore concubuisse. Ad Platonem autem potissimum se vertit, cum docet c. 19 (182, 2) *‘αἱ δὲ γυναῖκές εἰσι πᾶσι κοιναὶ*[37] *καὶ οὐδεὶς φθονεῖ τῷ πλησίον, ἀλλ’ εἰσὶ περὶ τοῦτο μάλιστα Πλατωνικώτατοι’.* Idem dixisse Diogenem auctor est Laert. Diog. VI 2, 72 *‘ἔλεγε δὲ καὶ κοινὰς εἶναι δεῖν τὰς γυναῖκας’*, et Iambulum talia narrasse testis Diod. II 58, 1 *‘γυναῖκας δὲ μὴ γαμεῖν, ἀλλὰ κοινὰς ἔχειν’*[38]. Quod idem saepius Herodotum tradidisse apparet de Massagetis (I 216), de Agathyrsis (IV 104), de Auseis (IV 180). Idem fere dicit Lucianus (videmus, quantopere ipse se exscripserit) vit. a. 17 *‘μηδεμίαν αὐτῶν μηδενὸς εἶναι μόνου’*, conv. 39 *‘κοινὰς εἶναι ἔδει ἡμῶν τὰς γυναῖκας’.*

Atque etiam quod de pueris dicit (182, 4) *‘καὶ οἱ παῖδες δὲ παρέχουσι τοῖς βουλομένοις οὐδὲν ἀντιλέγοντες’* id quidem augere videtur quod vit. a. 17 finxerat *‘καὶ οὗτοι* (scil. *οἱ παῖδες*) *ἔσονται τοῖς ἀρίστοις ἆθλον φιλῆσαι λαμπρόν τι καὶ νεανικὸν ἐργασαμένοις’.* Iam colloquio cum Homero habito c. 20 (182, 7) carpit grammaticorum studia, imprimis illud *‘ὀβελίζειν’* vel *‘ἀθετεῖν’*, in quo plurimum et studii et temporis

37. Rep. V 457 C *τὰς γυναῖκας εἶναι κοινάς* (schol. pg. 22).

38. Rohde l. c. pg. 243 n. 1.

illos consumpsisse nemo nescit. Quo in numero commemorat Zenodotum et Aristarchum (183, 1). Perstringit quoque ea, quae de poetae patria tradebantur oppidaque enumerat(182,10), quae illum velut suum vindicent. Itaque cum Zenodotus poetam Chaldaeum fuisse contendere non dubitaverit[39], Lucianus eum Babylonium esse ipsum sese fingit ab illo audientem (182, 12). Idem facete de poeta dixit gall. 17 ‘*ὃς γιγνομένων ἐκείνων κάμηλος ἐν Βάκτροις ἦν*’.

Deinde ex illo se simulat quaesivisse (183, 5), priusne Odysseam Iliade scripsisset, illum vero negasse.

Qua de re magnam fuisse contentionem constat. Hoc loco Solanus Longini ‘*περὶ ὕψους*’ IX 12 (20, 193 Vahl.) attulit ‘*οὐ γὰρ ἄλλ’ ἢ τῆς Ἰλιάδος ἐπίλογός ἐστιν ἡ Ὀδύσσεια*’. Ac porro 13 (21, 3) ‘*οἶμαι τῆς μὲν Ἰλιάδος γραφομένης ἐν ἀκμῇ πνεύματος ὅλον τὸ σωμάτιον δραματικὸν ὑπεστήσατο καὶ ἐναγώνιον, τῆς δὲ Ὀδυσσείας τὸ πλέον διηγηματικόν, ὅπερ ἴδιον γήρως*’. Ad quem locum adscripsit Vahlenus (pg. 20 adnot.) e Senecae libro de brev. vit. 13, 2 depromptum: ‘Graecorum iste morbus fuit quaerere, quem numerum Ulixes remigum habuisset, prior scripta esset Ilias an Odyssea, praeterea an eiusdem essent auctoris’. Eam quoque perstringit quaestionem (183, 8), num caecus ille fuerit[40], ipsoque visu falsam esse hominum opinionem sibi persuasisse sese fingit. Iam quod commemorat (183, 14) in ius vocatum esse Homerum a Thersite ‘*ἐφ’ οἷς αὐτὸν ἐν τῇ ποιήσει ἔσκωψεν*’ eo alludi ad ea, quae in Il. II 212 sq. de turpi illo homine ac

39. Schol. A. Il. Ψ 79.

40. cf. hymn. in Apoll. v. 172
τυφλὸς ἀνήρ, οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἐν παιπαλοέσσῃ
(Thuc. III 104).

maledico narrantur, primo obtutu apparet. Repetit autem scriptor aliquo modo iocos, quos in dialogo qui inscribitur ‘Bis accusatus’ protulerat, praesertim cum Ulixem causidicum Homero adfuisse dicat (cf. 183, 16 *Ὀδυσσέως συναγορεύοντος*).

Insequenti autem capite 21 (183, 18) redit ad philosophos, ut Pythagoram et Empedoclem carpat. De illo enim dicit (183, 19) ‘*ἑπτάκις ἀλλαγεὶς . . . ἦν δὲ χρυσοῦς ὅλον τὸ δεξιὸν ἡμίτονον*’[41]. Quem cum saepius irrisisset aureo femore ludibrio verso[42] (dial. mort. 20, 3: *οὐκ ἔτι χρυσοῦς ὁ μηρός ἐστί σοι;* vit. a. 6: *χρυσοῦς αὐτῷ ὁ μηρός ἐστί.* gall. 18: *ὡς χρυσοῦν τὸν μηρόν*), hic totam dexteram partem auream dixit, ut illa aliquo pacto augendo superaret. Nec minus sua vestigia premit, cum illum verbis insequentibus (184, 3) castiget: *ἐνεδοιάζετο δὲ ἔτι πότερον Πυθαγόραν ἢ Εὔφορβον χρὴ αὐτὸν ὀνομάζειν.* Idem enim dixerat gall. 20 ‘*διοίσει μὲν οὐδέν, ἤν τ’ Εὔφορβον ἢ Πυθαγόραν ἤν τ’ Ἀσπασίαν καλῇς ἢ Κράτητα*’, et dial. mort. 20, 3 ‘*χαῖρε, ὦ Εὔφορβε ἢ Ἄπολλον ἢ ὅτι ἂν ἐθέλῃς*’.

Nec aliter de Empedocle, de quo ille haec (184, 5) ‘*ὁ μέντοι Ἐμπεδοκλῆς ἦλθεν μὲν καὶ αὐτός, περίεφθος καὶ τὸ σῶμα ὅλον ὠπτημένος· οὐ μὴν παρεδέχθη καίτοι πολλὰ ἱκετεύων*’. Qua in re facete dictum repetivit, quod saepius protulerat, hoc quoque loco ridicula cumulans, quae alias scripserat[43]; nam legitur Icar. 13 ‘*ὁ σοφὸς Ἐμπεδοκλῆς, ἀνθρακίας τις ἰδεῖν*

41. cf. Aelian. v. h. IV 17 *καὶ ἐν Ὀλυμπίᾳ δὲ παρέφηνε χρυσοῦν τὸν ἕτερον τῶν μηρῶν.* Diog. Laert. VIII 1, 11 *λόγος δ’ ποτ’ αὐτοῦ παραγυμνωθέντος τὸν μηρὸν ὀφθῆναι χρυσοῦν.*

42. Helm L. u. M. pg. 197. 229/30.

43. Helm L. u. M. pg. 89 n. 4. 197, 4.

καὶ σποδοῦ πλέως καὶ κατωπτημένος', vel Peregr. 1 '*ἀπηνθράκωταί σοι ὁ βέλτιστος κατὰ τὸν Ἐμπεδοκλέα*', vel Fugit. 2 '*ἀπανθρακωθῆναι Ἐμπ... ὃς εἰς τοὺς κρατῆρας ἥλατο*', vel dial. mort. 20, 4 '*Ἐμπ. ἡμίεφθος ἀπὸ τῆς Αἴτνης παρών*', quod cum in ver. hist. scriberet '*περίεφθος*' vides, quantopere auxerit.

Insequenti capite 22 (184, 8) certamina describit a mortuis die festo celebrata, *Θανατούσια* quae dicuntur[44].

Fingit autem victum esse luctando Ulixem a Carano (184, 12) '*πάλην μὲν ἐνίκησεν Κάρανος ὁ ἀφ' Ἡρακλέους Ὀδυσσέα περὶ τοῦ στεφάνου καταγωνισάμενος*', qua narratione spectare videtur ad ea, quae de Ulixe et Aiace luctantibus narrat Homerus Il XXIII 710 sq., cum facete pro Aiace, ni fallit opinio, Macedonum regni conditorem facit pugnantem. Sequuntur pugiles, cum fingit (184, 14) '*πυγμὴ δὲ ἴση ἐγένετο Ἀρείου τοῦ Αἰγυπτίου, ... καὶ Ἐπειοῦ ἀλλήλοις συνελθόντων*'. Epeum vero optimum pugilem fuisse apparet ex Il. XXIII 664/5[45]. Prorsus ridiculum igitur, quod cum eo certamem ineuntem facit philosphum illum, Augusti amicum[46].

---

44. certamina mortuorum in honorem celebrata esse constat (cf. Arist. de rep. Ath. 58 *ὁ πολέμαρχος θύει μὲν θυσίας ... διατίθησι δ' ἀγῶνα τὸν ἐπιτάφιον.* Plat. Menex. 249 b. *πρὸς δὲ τούτοις ἀγῶνας γυμνικοὺς καὶ ἱππικοὺς τιθεῖσα καὶ μουσικῆς πάσης*). In diebus autem festis mortuis consecratis nominantur *Γενέσια* (cf. Stengel „Die griech. Kultusaltertümer", Hdb. d. klass. Alt. 5, 3 pg. 130. 200), *Ἐπιτάφια* (cf. A. Mommsen „Feste der Stadt Athen" pg. 301) *Θήσεια* (Mommsen l. c. pg. 304). Quocum congruunt Luciani verba (184,9) '*ἠγωνοθέτει .., Θησεὺς τὸ ἕβδομον*'. —

45. *ἀνὴρ ἠΰς τε μέγας τε*
εἰδὼς πυγμαχίης, υἱὸς Πανοπῆος Ἐπειός.

46. cf. Zeller IV³ 614 sq.
Diels doxogr. gr. Prol. 69 sq

Postremum certamen commemorat factum inter Homerum et Hesiodum, alludens scilicet ad notum illud certamen (cf. Hesiod ed. Rzach pg. 435 sq.). Idem scriptum videmus apud Philostr. Her. XVIII 1 (pg. 194 Kays.) '*ἐπὶ Ὅμηρόν τέ φασι καὶ Ἡσίοδον, ὅτε δὴ ᾆσαι ἄμφω ἐν Χαλκίδι*', nec minus apud Plutarchum[47] '*ἥ τε δόξα τῶν ἀγωνιστῶν, Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου, πολλὴν ἀπορίαν ... τοῖς κρίνουσι παρεῖχε.* Atque illam descriptionem secutus Hesiodo praemium tribuit (185,1); legimus enim Hom. et Hes. cert. 198 Rz. '*θαυμάσαντες δὲ καὶ ἐν τούτῳ τὸν Ὅμηρον οἱ Ἕλληνες ἐπῄνουν, ὡς παρὰ τὸ προσῆκον γεγονότων τῶν ἐπῶν, καὶ ἐκέλευον διδόναι τὴν νίκην. ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν Ἡσίοδον ἐστεφάνωσεν εἰπὼν δίκαιον εἶναι τὸν ἐπὶ γεωργίαν καὶ εἰρήνην προκαλούμενον νικᾶν, οὐ τὸν πολέμους καὶ σφαγὰς διεξιόντα*'. Cavillatur autem Lucianus, cum ad veritatem Homerum excellere dicit (184, 18) '*ποιητῶν δὲ τῇ μὲν ἀληθείᾳ παρὰ πολὺ ἐκράτει Ὅμηρος, ἐνίκησε δὲ ὅμως Ἡσίοδος*'.

Quo certamine confecto subito nuntius affertur advehi impios c. 23 (185, 3), quibus praesunt Phalaris, Busiris, Diomedes Thrax, Sciron, Pityocamptes; duces autem virorum beatorum nominantur Theseus, Achilles, Aiax Telamonius '*ἤδη σωφρονῶν*'. Maxime vero in proelio elucet Achillis et Socratis fortitudo, maior etiam, quam qua hic vivus usus erat in proelio ad Delium commisso. Quibus verbis carpi ea apparet, quae Plato de philosopho illo praedicaverat. Meminerimus enim necesse est Alcibiadis verborum conv. 36, cum dicit illum proelio excessisse '*ἠρέμα περισκοποῦντα*' (cf. 185, 16 '*τὸ πρόσωπον ἄτρεπτος ἦν*).

---

47. VII sapient. conv. 153 F.

Facete vero Lucianus hoc quoque proelium ab Homero carmine celebratum esse dicit c. 24 (186, 3), fortasse in ea quoque re auctorem secutus; nec enim dissimile est quod in Senecae satura legitur c. 9: censeo ut divus Claudius ex hac die deus sit, ita uti ante eum quis optimo iure factus sit, eamque rem ad Metamorphosis Ovidi adiciendam. Quod vero Socrati dicit praedium ante urbem praemio datum esse (185, 16), quae 'Νεκρακαδημία' ab eo appellata est, id ad Platonem spectare quis est, quin videat.

In convivio autem describendo propter victoriam partam celebrato (186, 9) iterum carpere videtur Pythagoram. Quem cena dicit abstinuisse, quia fabarum cibo victoria ab illis soleret celebrari. Idem castigavit Lucianus gall. 4; dial. mort. 20, 3; vit. a. 6, comoediarum Atticarum videlicet poetas in eo secutus, qui similes nugas saepius inseruerunt fabulis.[48] Graecos vero fabis usos esse in mortuis et inferis colendis maxime eo evincitur, quod mystae iis abstinebant, nec minus fabas diebus parentalibus tumulis impositas esse scimus[49]. Carpi igitur a Luciano apparet ea quoque, quae ad inferos vel daemones pertinere videbantur[50]. —

Iam sex menses apud inferos versati erant, cum improvisa quaedam res accidit c. 25 (186, 14). Cinyras enim, adulescens ille, quem una cum patre in beluae maritimae alvo convenisse sese finxerat Lucianus (156, 16), tum insano

48. Exempla coll. Helmius Neue Jahrb. IX (1902), pg. 191 n. 1.

49. cf. Boehm „De symbolis Pythagoreis'. Diss. Berol. 1905, pg. 15.

50. cf. Char. 22: *τί οὖν ἐκεῖνοι στεφανοῦσι τοὺς λίθους καὶ χρίουσι μύρῳ; ὦ μάταιοι, τῆς ἀνοίας, οὐκ εἰδότες ἡλίκοις ὅροις διακέκριται τὰ νεκρῶν καὶ τὰ ζώντων πράγματα.*

Helenae amore inflammatum esse narrat. Neque enim fieri poterat, quin amatoriam narrationem auctor aetatis suae morem secutus insereret historiis. Atque apparet eum antiquam illam fabulam ludibrio habuisse, cum pro Paride, regis Priami filio, adulescentem ignobilem, Scynthari filium, Helenae amantem faceret. Ipsa vero pari amore incensa comprobat eius consilium in aliam insulam effugiendi (187, 6 *ἐδόκει δὲ κἀκείνῃ ταῦτα*) neque iterum maritum deserere dubitat. Patrem autem celavisse adulescentem consilium fingit auctor (187, 10 *τῷ μέντοι πατρὶ οὐκ ἐμήνυσε ταῦτα· ἠπίστατο γὰρ ὑπ' αὐτοῦ κωλυθησόμενος*), qua quidem re iterum antiquam narrationem imitatur. Noctu igitur in navem ascendunt atque effugiunt. Media fere nocte Menelaus[51] experrectus e somno postquam uxoris lectum vacuum conspexit magnum clamorem sustulit c. 26 (188, 1). Verbis autem, quibus utitur scriptor '*βοὴν ἵστη*', Homeri illud de Menelai bellica laude usitatum '*βοὴν ἀγαθός*' irrideri apparet (cf. Il. II 408. 586; III 96 saep.).

Prima vero luce postquam speculatores conspexisse se procul navem nuntiaverunt Rhadamanthus quinquaginta viros navem ascendere illamque persequi iussit. Ac paulo post fugientes consecuti reduxerunt noxios (188, 11). Imitatur autem hoc quoque loco historicorum descriptionem, cum in verborum usu a Thucydide pendeat.

188, 5 *ἐμβιβάσας* (Thuc. II 90, 3),

7 *ὑπὸ προθυμίας* (cf. exempl. pg. 47). *καταλαμβάνουσιν*

51. cf. Od. IV 563 sq.

ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης
ἀθάνατοι πέμψουσιν, ὅθι ξανθὸς Ῥαδάμανθυς,
τῇ περ ῥηΐστη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισιν·
οὕνεκ' ἔχεις Ἑλένην καί σφιν γαμβρὸς Διός ἐσσι.

αὐτοὺς ἄρτι . . . ἐμβαίνοντας (Thuc. I 61, 2 *καταλαμβάνουσι τοὺς π. χιλίους ἄρτι ἡρηκότας*),

9 *παρὰ τοσοῦτον ἦλθον* (Thuc. VIII 33, 3 *παρὰ τοσοῦτον ἐγένετο*).

Quod vero de Helena dicit (188, 11) '*ἐδάκρυέν τε καὶ ᾐσχύνετο κἀνεκαλύπτετο*', id. ad Homeri verba spectare luculenter apparet;

cf. Il. III 141 *αὐτίκα δ' ἀργεννῇσι καλυψαμένη ὀθόνῃσιν* —
173 *ὡς ὄφελεν θάνατός μοι ἁδεῖν κακός, ὁππότε δεῦρο*
υἱέϊ σῷ ἑπόμην . . .
τὸ καὶ κλαίουσα τέτηκα.

Cinyrum autem eiusque comites Rhadamanthus relegat ad impiorum sedem '*ἐκ τῶν αἰδοίων δήσας*' (188, 14) (cf. 192, 18 '*εἴδομεν δὲ καὶ τὸν Κινύραν καπνῷ ὑποτυφόμενον ἐκ τῶν αἰδοίων ἀπηρτημένον*'). Noxii vero saepius ea corporis parte, qua peccaverunt, puniuntur[52].

Deinde omnes itineris socii proficisci iubentur unum diem morati (189, 1). Qua in re Iambuli narrationem Lucianus videtur secutus esse. Idem enim legimus ap. Diod. II 60, 1 '*ἑπτὰ δ' ἔτη* (ap. Luc. septem menses) *μείναντας παρ' αὐτοῖς τοὺς περὶ τὸν Ἰαμβοῦλον ἐκβληθῆναι ἄκοντας, ὡς κακούργους καὶ πονηροῖς ἐθισμοῖς συντεθραμμένους*'.

52. cf. fugit. 31 *κρεμήσονται ἀπὸ τοῦ πώγωνος.* (Helm L. u. M. pg. 320.) Alia exempla similium poenarum attulit Dieterich Necyia (Lpzg. 1893) pg. 208 n. 2.
cf. Arist. Equ. 1362/3.
ἄρας μετέωρον ἐς τὸ βάραθρον ἐμβαλῶ
ἐκ τοῦ λάρυγγος ἐκκρεμάσας Ὑπέρβολον.
Verg. Aen. VI 740/2.
aliae panduntur inanes
suspensae ad ventos, aliis sub gurgite vasto
infectum eluitur scelus aut exuritur igni.

Lacrimantem vero Lucianum Rhadamanthus consolatus rediturum eum esse in patriam multos per errores vaticinatur (189, 11) '*πολλὰ πρότερον πλανηθέντα καὶ κινδυνεύσαντα*'. Imitatur igitur scriptor Homeri de Ulixe narrationem (videmus autem, quantopere pendeat ex illo), cui idem vaticinantur

Tiresias Od. XI 114:
'*ὀψὲ κακῶς νεῖαι, ὀλέσας ἄπο πάντας ἑταίρους*'
et Calypso Od. V 206/7:
'*εἴ γε μὲν εἰδείης σῇσι φρεσίν, ὅσσα τοι αἶσα*
κήδε' ἀναπλῆσαι πρὶν πατρίδα γαῖαν ἱκέσθαι.'
(cf. Verg. Aen. II 295
magna pererrato statues quae denique ponto.)

Donum autem discedenti dat Rhadamanthus ad avertenda pericula pretiosisimum c. 28 (190, 5) '*ἀνασπάσας ἀπὸ τῆς γῆς μαλάχης ῥίζαν ὤρεξέν μοι, ταύτῃ κελεύσας ἐν τοῖς μεγίστοις κινδύνοις προσεύχεσθαι* (cf. 188, 16 *μαλάχῃ πρότερον μαστιγωθέντας*). Quibus verbis dogma Pythagoricum irrideri probatur Aeliani verbis v. h. IV 17 '*ἔλεγε δὲ ἱερώτατον εἶναι τὸ τῆς μαλάχης φύλλον*'. Multis vero hanc plantam cum inferis cohaerere probari potest[53]. Rem autem ipsam invenit Lucianus Homerum imitatus, qui Mercurium Ulixi remedium praebentem fingit contra Circes artes[54] Od. X 302 sq.

ὣς ἄρα φωνήσας πόρε φάρμακον ἀργεϊφόντης
ἐκ γαίης ἐρύσας καί μοι φύσιν αὐτοῦ ἔδειξεν.
μῶλυ δέ μιν καλέουσι θεοί.

Alia vero praecipit Rhadamanthus discedenti, quae si

53. Boehm l. c. pg. 25.
54. cf. Solan. ap. Lehm. l. c. pg. 682.

cum fide observaverit certam esse spem illum in beatorum insulam rediturum esse confirmat (190, 8) ‘μήτε πῦρ μαχαίρᾳ σκαλεύειν μήτε θέρμους ἐσθίειν μήτε παιδὶ ὑπὲρ τὰ ὀκτωκαίδεκα ἔτη πλησιάζειν’. Pythagoreos autem his verbis irrideri elucet ex iis, quae de philosophorum illorum praeceptis tradit Laert. Diog. VIII 1, 17 ‘πῦρ μαχαίρᾳ μὴ σκαλεύειν’ (cf. Hor. Sat. II 3, 276). Quod interdictum ignis gladio scrutandi fortasse eo spectat, quod illi daemones inesse homines putabant[55]. Credulitatem igitur eorum videtur carpsisse scriptor.

Quod vero vetatur ‘θέρμους ἐσθίειν’, eo repetere videtur quod iam supra (186, 9) de fabis vetitis irriserat. Insequenti die navi omnibus rebus instructa Homerum se adisse et ab eo petivisse fingit, ut epigramma sibi componeret. Deinde columnae prope portum erectae inscriptum esse festive dicit (190, 18):

Λουκιανὸς τάδε πάντα φίλος μακάρεσσι θεοῖσιν
εἶδέ τε καὶ πάλιν ἦλθε φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν.

Priusquam vero ancoras tollerent c. 29 (190, 20), Ulixem sibi clam litteras dedisse, quas nymphae Calypsoni traderet, fingit auctor. Comitem autem itineris eis addit Rhadamanthus ‘τὸν πορθμέα Ναύπλιον’ (cf. Apoll. Rhod. Arg. I 138
Ναύπλιον, ὃς περὶ πάντας ἐκαίνυτο ναυτιλίῃσιν).

Nec multo post ex aere illo suavissimo evecti odore circumdantur teterrimo (191, 8) οἷον ἀσφάλτου καὶ θείου καὶ πίττης ἅμα καιομένων[56], καὶ κνῖσα δὲ πονηρὰ καὶ ἀφόρητος ὥσπερ ἀπὸ ἀνθρώπων ὀπτωμένων, . . . ἠκούομεν δὲ καί μαστίγων ψόφον καὶ οἰμωγὴν ἀνθρώπων πολλῶν’[57].

55. Boehm l. c. pg. 40.
56. cf. Dieterich Abraxas (Lpzg. 1891) pg. 36 n. 2.

Ad impiorum igitur insulam advecti loca vident omnis terrorum generis plena atque via aspera densisque palis impedita perveniunt ‘ἐπὶ τὸ κολαστήριον’. Atque cum in beatorum insula fontes fecerit melle, vino, lacte (177, 11) fluentes, scelestorum undique locum fluminibus circumdari ‘βορβόρου[58], αἵματος, πυρός’ atque pisces natantes facibus et carbonibus similes facit (192, 8 sq.).

Hoc quoque loco cognoscere licet saepius Lucianum ex suis ipsius scriptis hausisse et eadem iisdem fere verbis in medium tulisse, ut ‘ἀνθρώπων ὀπτωμένων’ (191, 10) in memoriam revocet Nec. 14 ‘τῶν ἐπὶ τοῦ πυρὸς ὀπτωμένων’, qua quidem re cavillari videtur ea, quae vulgo credebantur[59], nec minus (191, 12) ‘ἠκούομεν δὲ καὶ μαστίγων ψόφον καὶ οἰμωγὴν’ Nec 14 ‘μαστίγων ψόφος ἠκούετο καὶ οἰμωγή’.

Ea vero, quae apud inferos sese vidisse dicit Lucianus, apud Antonium Diogenem fortasse exstitisse observavit

57. cf. Verg. Aen. VI 557/8.
hinc exaudiri gemitus et saeva sonare
verbera tum stridor ferri tractaeque catenae.
Plut. de gen. Socr. 22, 590 F: μεμιγμένους ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ὀδυρμούς, ψόφους δὲ παντοδαποὺς καὶ θορύβους.
(Norden Aen. VI pg. 268.)

58. cf. Aristoph. Ran. 145: ‘βόρβορον πολύν’. Plat. Phaed. 69 c: ὃς ἂν ἀμύητος καὶ ἀτέλεστος εἰς Ἅιδου ἀφίκηται, ἐν βορβόρῳ κείσεται.

Lactant. VII 7, 13: Zeno Stoicus docuit . . . impios luere poenas in tenebrosis lucis atque in caeni voraginibus horrendis,
(Dieterich Necyia pg. 140.)

Verg. Aen. VI 296/7.
turbidus hic caeno vastaque voragine gurges
aestuat.

59. Dieterich ‚Abraxas‘ pg. 36.

Rohdius[60], qui de Dercyllide narrat '*ὡς τὰ ἐν Ἅιδου παρ' αὐτοῖς ἴδοι καὶ πολλὰ τῶ ἐκεῖσε μάθοι*'[61].

Quem ipsum loca illa inferorum teterrima describentem Orphicorum placita atque effata videtur secutus esse, cum esset Pythagoreus[62]. Utramque enim doctrinam plane commixtam esse scimus. Illa autem sodalicia Orphica Pythagorea Luciani temporibus permultum ad hominum animos commovendos valuisse constat. Apparet igitur eorum superstitionem ab illo carpi, quippe qui de scelestorum hominum apud inferos poenis multum disputaverint. Introitus autem angustus a Timone Atheniensi custoditur (192, 14), ita ut in mentem nobis veniat eorum, quae in dialogo illo, cui inscripsit '*Τίμων ἢ Μισάνθρωπος*', uberius tractavit. Agnoscunt autem Cinyram adulescentem illum propter insanum Helenae amorem graviter cruciatum atque pro scelestissimis illis, quos apud inferos torqueri narrare solent poetae, iocose Ctesiam et Herodotum scriptores propter ea, quae mentiti sint, summis cruciatibus affectos (193, 3). Qua quidem re sese ipsum magna futuri temporis spe commotum esse iocose dicit nullius sibi mendacii conscium (193, 8).

Celeriter vero, cum diutius atrocem conspectum perferre non posset, ad navem rediit eamque solvit, postquam valere iussit Nauplium ('*ἀσπασάμενος τὸν Ναύπλιον*' cf. Xen. hist. gr. IV 1, 5).

Pergit autem iter a scelestorum sede ad somniorum insulam c. 32 (193, 12), quorum urbem, cum Homerus neglexerit, diligenter describit. Itaque facete commemorantur

60. l. c. pg. 206 n. 4.
61. Phot. l. c. pg. 109 a 39/40.
62. Dieterich ‚Necyia' pg. 148/9. 212.

galli, quem maxime colere dicuntur, templum, papavera arborum altitudinem adaequantia mandragoraeque, *Νυκτίπορος* fluvius, *Νήγρετος*, *Παννυχία*, *Καρεῶτις* fontes, aedes *Ἀπάτης καὶ Ἀληθείας*. Oraculo vero praeest (195, 12) '*προφητεύων Ἀντιφῶν ὁ τῶν ὀνείρων ὑποκριτής, ταύτης παρὰ τοῦ Ὕπνου* (eorum rege) *λαχὼν τῆς τιμῆς*'[63]. Homeri autem se usum esse de somniis narratione ipse confirmat (194, 5). Ac primum quidem in portis describendis (cf. Od. IV 809 de Penelopes somnio '*ἧδυ μάλα κνώσσουσ' ἐν ὀνειρείῃσι πύλῃσι*') illum corrigere suum esse contendit[64]. Audiamus enim Homeri descriptionem Od. XIX 562/3

δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμενηνῶν εἰσὶν ὀνείρων·
αἱ μὲν γὰρ κεράεσσι τετεύχαται, αἱ δ' ἐλέφαντι.

Nec vero duas esse somniorum portas fingit Lucianus, sed quattuor c. 33 (194, 14) '*ἡ μὲν σιδηρᾶ, ἡ δὲ ἐκ κεράμου πεποιημένη*' (*πρὸς τὸ τῆς Βλακείας πεδίον ἀποβλέπουσαι*, quod nomen facete cum vana hominum segnium spe congruere iam monuerunt scholia pg. 23), qer quas commeare soleant atrocia illa duraque; praeter eas duae aliae nominantur '*ἡ μὲν κερατίνη, ἡ δὲ* (per quam ipsi intraverint) *ἐλεφαντίνη*. Diversi vero generis somnia, quae commemorat c. 34 (195, 14),

63. Diog. Laert. II 46. Xen. mem. I 6. Cic. de divin. I 20.
64. cf. gall. 6: *λῆρον . . . ποιητὴν οὐδὲν εἰδότα ὀνείρων πέρι.*
17: *τοιαῦτα ἦν οἷά φησιν Ὅμηρος γενέσθαι αὐτὰ; Πόθεν ἐκεῖνος ἠπίστατο;*
μήτε τὸν Αἴαντα οὕτω μέγαν μήτε τὴν Ἑλένην αὐτὴν οὕτω καλήν,, ὡς οἴονται.
Char 23: *ἀποπνίξεις . . . Ὅμηρον ἐπὶ τῇ μεγαληγορίᾳ των ἐπῶν.*
Dio Chrysost. XI 4 (116, 19 A): *Ὅμηρον τὰ χαλεπώτατα ψευσάμενον.*

ad exempla, quae sibi ad imitandum proposuerat, quin revocanda sint, non est, quod dubitemus. Reminiscamur enim necesse est illorum, quae missa dicuntur ad Agamemnonem (Il. II 16), Astyagem (Her. I 108), Croesum (Her. I 34). Repetere vero videtur Lucianus ea, quae de Lychnopoli urbe dixerat I 29 (152, 6). Ac primum quidem quae de incolis illius urbis fabulatus erat (152, 11) 'τοὺς μὲν μικροὺς καὶ ὥσπερ πένητας, ὀλίγους δὲ τῶν μεγάλων καὶ δυνατῶν πάνυ λαμπροὺς καὶ περιφανεῖς', ea quodam modo repetit 195, 15 'οἱ μὲν μακροὶ ἦσαν καὶ καλοὶ καὶ εὐειδεῖς, οἱ δὲ μικροὶ καὶ ἄμορφοι, καὶ οἱ μὲν χρύσεοι, ὡς ἐδόκουν, οἱ δὲ ταπεινοί τε καὶ εὐτελεῖς'.

Nec minus comparanda videntur esse alia, quae dicit de iis (152, 16) 'καὶ οὐδὲν ἡμᾶς ἠδίκουν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ξενίᾳ ἐκάλουν' (cf. 196, 2 οἳ δὴ καὶ προσῄεσαν καὶ ἠσπάζοντο . . . καὶ δεξιῶς ἐξένιζον) atque (153, 6) 'ἔνθα καὶ τὸν ἡμέτερον λύχνον ἐγνώρισα, καὶ προσειπὼν αὐτὸν περὶ τῶν κατ' οἶκον ἐπυνθανόμην ὅπως ἔχοιεν· ὁ δέ μοι ἅπαντα ἐκεῖνα διηγήσατο' (cf. 196, 7 'ἔνιοι δὲ καὶ ἀπῆγον ἡμᾶς εἰς τὰς πατρίδας καὶ τοὺς οἰκείους ἐπεδείκνυον καὶ αὐθημερὸν ἐπανῆγον'). Facete igitur eum eadem, quae alias finxerat, afferre hoc quoque loco probatur.

Apud somnia autem triginta sese dies versatum esse dormientem narrat c. 35 (196, 9). Verbis autem 'ἡμέρας μὲν οὖν τριάκοντα καὶ ἴσας νύκτας' Homeri exemplum imitari videtur; cf. Od. X 142/3:

δύο τ' ἤματα καὶ δύο νύκτας κείμεθα. id. V 388, IX 74, X 28, XVII 515. Idem fere narrat Antonius Diogenes[65] 'ἴσα κεῖσθαι νεκροῖς μακρὸν χρόνον', nec minus de miro quo-

65. Phot. l. c. pg. 110 b 32.

dam somno[66] 'τούς τε γονεῖς τοῦ μακροῦ ἀπαλλάξαντας ὕπνου'. Herodotus item de hominibus sese dicit audivisse sex menses domientibus IV 24.

Ex somniorum iam insula ad Ogygiam insulam triduo post navi appulsa Lucianus litteras legit ab Ulixe ad nympham Calypsonem ei datas. Ille enim postquam quo modo domum reversus postea a Telegono filio interfectus esset descripsit, paenitere se confirmat, quod reliquerit illam immortalitatem ipsi pollicitam (197, 7). Quae verba 'τὴν ὑπὸ σοῦ προτεινομένην ἀθανασίαν' spectant ad Hom. Od. V 136

'θήσειν ἀθάνατον καὶ ἀγήραον ἤματα πάντα'.

Saepius vero Ulixes ille (Od. V 83)

'δάκρυσι καὶ στοναχῇσι καὶ ἄλγεσι θυμὸν ἐρέχθων'

a scriptoribus diffamatus videtur esse[67]. Atque Homeri narrationem secutus pergit Lucianus c. 36 (197, 10) 'ἐγὼ δὲ προελθὼν ὀλίγον ἀπὸ τῆς θαλάσσης εὗρον τὸ σπήλαιον οἷον Ὅμηρος εἶπεν, καὶ αὐτὴν ταλασιουργοῦσαν'. Legimus enim ap. Hom. Od. V 55 sq.

'ἀλλ' ὅτε δὴ τὴν νῆσον ἀφίκετο τηλόθ' ἐοῦσαν,
ἔνθ' ἐκ πόντου βὰς ἰοειδέος ἤπειρόνδε
ἤιεν, ὄφρα μέγα σπέος ἵκετο, τῷ ἔνι νύμφη
ναῖεν ἐυπλόκαμος· τὴν δ' ἔνδοθι τέτμεν ἐοῦσαν.

Idem de nympha dicit 62

ἱστὸν ἐποιχομένη χρυσείῃ κερκίδ' ὕφαινεν.

Postquam vero litteras illa legit ab Ulixe datas, primo quidem eam multum temporis lacrimavisse fingit Lucianus. Quae verba (197, 14) 'πρῶτα μὲν ἐπὶ πολὺ ἐδάκρυεν, ἔπειτα

66. Phot. l. c. pg. 111 a 17.

67. cf. Parthen. 'ἐρωτ. παθ.' de sceleribus eius in Polymelam (c. 2) et Euippen (c. 3) 'διὰ τὸ μὴ ἐγκρατὴς φῦναι μηδὲ ἄλλως ἐπιεικῶς' (c. 3).

δὲ κτλ.' petere videtur ex iis, quae Xenophon narrat de Clearcho apud milites lacrimante, qui Anab. I 3, 2 'καὶ πρῶτον μὲν ἐδάκρυε πολὺν χρόνον . . . εἶτα δὲ κτλ.'

Quod vero fingit scriptor invitatum se esse ab illa ad cenam (197, 15) 'εἱστία λαμπρῶς', eo rursus Homeri vestigia sequitur, qui eodem modo Mercurium ad cenam invitatum esse narrat V 92 sq.

Castitatem quoque Penelopae, ut omnia detorquet in in parodiam, in dubium vocat (197, 16).

Qua insula relicta tertio die cum piratis congrediuntur, qui magnis cucurbitis vehentes 'Κολοκυνθο πειραταί' appellantur. In proelio autem enarrando ut saepius rerum scriptorum exemplo eum usum esse apparet. Verbis enim 'ἀγχωμάλως ναυμαχοῦντες' (198, 14) Thucydidem imitatur (cf. IV 134, 1 ἀγχωμάλου τῆς μάχης γενομένης, VII 71, 4 ἀγχώμαλα ἐναυμάχουν). Prospere vero accidit comitibus, quod eo ipso tempore illorum piratarum hostes, Καρυοναῦται qui dicuntur, a tergo advecti pugna cum illis congrediuntur. Qua occasione usos ipsos effugisse tradit scriptor c. 38 (198, 20) inusitatis verbis usus (199, 7) 'ἀπεκρύψαμεν αὐτούς', eodem sensu nisi a Thuc. V 65, 5 et Plat. Protag. 338 a non adhibitis.

Nec vero desinit mira cumulare. Statim enim in alios piratas incidunt, homines miros 'εἴκοσι ἐπὶ δελφίνων μεγάλων ὀχουμένους' c. 39 (199, 11). Mirum quoque quod de delphinis ipsis tradit 'καὶ οἱ δελφῖνες αὐτοὺς ἔφερον ἀσφαλῶς, καὶ ἀναπηδῶντες ἐχρεμέτιζον ὥσπερ ἵπποι'. Pro Arione igitur in delphino equitante viginti viros affert iisdem beluis vehentes, qua re quantopere Herodoti fabulam (I 23 sq.) riserit, nemo est, quin videat.

Atque etiam in alcedine, quam fingit se vidisse, pingenda c. 40 (200, 1) Aristotelis potuit descriptione uti, qui postquam rettulit an. hist. 542[b] 24/5 'πάντων δὲ σπανιώτατον ἰδεῖν ἀλκυόνα ἐστίν', accuratius de nido verba fecit, quam auxit narrationem Lucianus incredibilem ad modum. Ac primum quidem de magnitudine nidi dicit (200, 2) 'σταδίων γοῦν ἦν αὕτη ἑξήκοντα τὸ περίμετρον' (cf. Arist. 616[a] 23 'τὸ δὲ μέγεθος αὐτῶν ἐστι τῆς μεγίστης σπογγιᾶς μεῖζον') deinde de nido ipso (200, 8) 'καλιὰν σχεδίῃ μεγάλῃ προσεοικυῖαν ἐκ δένδρων μεγάλων συμπεφορημένην' (Arist. 616[a] 19 'παρομοία ταῖς σφαίραις ταῖς θαλαττίαις ἐστί . . . 31: ἐκ τῶν ἀκανθῶν τῆς βελόνης[68]), nec minus de ovorum numero (200, 10) 'ἐπῆν δὲ καὶ ᾠὰ πεντακόσια' (Arist. 616[a] 33 'τίκτει δὲ περὶ πέντε μάλιστα ᾠά). Tum de ipsius magnitudine fingit (200, 3) 'ἐπέπλεεν ἡ ἀλκυὼν . . . οὐ πολὺ μείων τῆς καλιᾶς' i. e. σταδίων ἑξήκοντα (Arist. l. c. 14 'ἡ δὲ ἀλκυών ἐστι μὲν οὐ πολλῷ μείζων στρουθοῦ'), denique de ovorum duritia (200, 12) 'πελέκεσι γοῦν διακόψαντες' (Arist. 26 'καὶ κόπτοντι μὲν σιδηρίῳ ὀξεῖ οὐ ταχὺ διακόπτεται').

At Apollonium Rhodium potissimum videtur persequi, cum hoc miraculum refert c. 41 (200, 17) 'ὁ ἐν τῇ πρύμνῃ χηνίσκος ἄφνω ἐπτερύξατο καὶ ἀνεβόησεν'. Nam apud illum legimus

IV 578 sq.: αὐτίκα δ' ἄφνω
ἴαχεν ἀνδρομέῃ ἐνοπῇ μεσσηγὺ θεόντων
αὐδῆεν γλαφυρῆς νηὸς δόρυ.

Ceterum in Gallo c. 2 talia poetarum inventa irriserat,

68. cf. Ael. de nat. anim. IX 17 (συμπλέκουσά τε καὶ ἀθροίζουσα τὰς τῆς βελόνης ἀκάνθας).

velut Xanthum, equum Achillis humana voce praeditum (cf. Il. XIX 404 sq.), coria boum solis mugientia (Od. XII 395), carinam Argonautarum navis[69], quod miraculum hoc loco repetit.

Quocum alia coniungit; gubernatori enim calvo capillos denuo natos et malum ramos et folia et fructus tulisse narrat (201, 1). Quod ad Aaronis baculum pertinere iniuria putaverat scholiasta (cf. pg. 49). Sed Bacchi potius fabulas suum in usum convertit.

cf. Ov. met. III 664 sq.

Impediunt hederae remos, nexuque recurvo
serpunt et gravidis distinguunt vela corymbis.
Ipse racemiferis frontem circumdatus uvis
pampineis agitat velatam frondibus hastam,

atque Hom. hymn. in Bacch. VI 38

Αὐτίκα δ᾽ ἀκρότατον παρὰ ἱστίον ἐξετανύσθη
ἄμπελος ἔνθα καὶ ἔνθα, κατεκρημνῶντο δὲ πολλοὶ
βότρυες. ἀμφ᾽ ἱστὸν δὲ μέλας εἱλίσσετο κισσὸς
ἄνθεσι τηλεθάων, χαρίεις δ᾽ ἐπὶ καρπὸς ὀρώρει.
πάντες δὲ σκαλμοὶ στεφάνους ἔχον.

Spatium autem itineris referens (200, 15) *ἀπείχομεν . . . ὅσον σταδίους διακοσίους*' et (201, 6) '*πεντακοσίους σταδίους διελθόντες*' Xenophontis exemplum videtur secutus esse, qui identidem refert, quot '*σταθμοὺς καὶ παρασάγγας*' emensus sit Cyri exercitus (cf. Icar. 1 '*τρισχίλιοι ἀπὸ γῆς στάδιοι*).

Deinde mare traiciunt c. 42 (201, 9) '*ἄβυσσον ἀρρίζοις δένδροις καταπεφυτευμένον*'. Cuius inventi fortasse ei auctor

69. Helm L. u. M. pg. 324.

fuit Megasthenes, qui narravit teste Antigono[70]: '*ἐν τῇ κατὰ τὴν Ἰνδικὴν θαλάττῃ δένδρεα φύεσθαι*'.

Accedit vero Antimachi, quem ipse affert, versus

'*Τοῖσιν δ᾽ ὑλήεντα διὰ πλόον ἐρχομένοισιν*',

qui cum ridiculus videretur ei quasi causam dedit ad talia fingenda. Qua re mira iter continuare prohibitus ipse in arborem ascendit, ut specularetur, Ulixis exemplum secutus. cf. Od. X 146/8:

καρπαλίμως παρὰ νηὸς ἀνήιον ἐς περιωπήν,
εἴ πως ἔργα ἴδοιμι βροτῶν ἐνοπήν τε πυθοίμην.
ἔστην δὲ σκοπιὴν ἐς παιπαλόεσσαν ἀνελθών.

Sed hoc quoque loco illum exscripsisse apparet quae antea excogitaverat; nam quae antea de mari glaciali protulerat, hic de silva narrat. Legimus enim II 2 (169, 11 sq.)

προελθόντες καὶ τὴν ναῦν πεπηγυῖαν ἀνασπάσαντες καὶ πετάσαντες τὴν ὀθόνην ἐσυρόμεθα ὥσπερ πλέοντες λείως καὶ προσηνῶς ἐπὶ τοῦ πάγου διολισθάνοντες.

202, 2 sq. refert ille: *καὶ δὴ ἐδόκει ἡμῖν ἀναθεμένους τὴν ναῦν ἐπὶ τὴν κόμην τῶν δένδρων . . . θέντες ἐπὶ τῶν κλάδων, πετάσαντες τά ἱστία ἐπλέομεν τοῦ ἀνέμου προωθοῦντος ἐπισυρόμενοι.*

Quo facto postquam tuti in mare pervenerunt, subito incidunt in altam voraginem c. 43 (202, 13) '*χάσμα μέγα ἐκ τοῦ ὕδατος διεστῶτος γεγενημένον*', ingentium terrae faucium instar, quales saepius terrae motibus convulsae aspiciuntur.

(cf. Plat. Rep. II 359 d: *ὄμβρου πολλοῦ γενομένου καὶ σεισμοῦ ῥαγῆναί τι τῆς γῆς καὶ γενέσθαι χάσμα* id. X 614 d, Her. IV 85: *χάσμα πελάγεος*). Apparet igitur quod de terrae motibus narrari solebat id Lucianum hic mirum in modum

70. Müller F. H. G. II 413 fr. 17.

de mari diffisso finxisse. Auxit vero rei admirationem, cum aquae ponte utramque maris partem coniungi atque eo navem transmitti faciat (203, 5).

Paulo post ad aliam insulam navem appellunt. Aliquo modo autem conferri posse videntur ea, quae de incolis, qui dicuntur Bucephali, tradit c. 44 (203, 13) cum iis, quae de Laestrygonibus narrat Homerus Od. X 82 sq. Bucephali enim, de quibus iam supra (pg. 27) verba fecimus, tres comites lacerant carnemque dividunt (cf. 204, 5 'τὰ κρέα τῶν ἀνῃρημένων διαιρούμενοι' — Od. X 124:

ἰχθῦς δ' ὣς πείροντες ἀτερπέα δαῖτα φέροντο).

Cum vero Ulixem fuga salutem petivisse Homerus narret, Lucianus illos homines feros a se vinci facit.

Denuo iter ingressi aliis occurrunt hominibus in aqua natantibus, de quibus c. 45 (205, 5) 'ὕπτιοι κείμενοι ἐπὶ τοῦ ὕδατος ὀρθώσαντες τὰ αἰδοῖα — μεγάλα δὲ φέρουσιν — ἐξ αὐτῶν ὀθόνην πετάσαντες ... ἐμπίπτοντος τοῦ ἀνέμου ἔπλεον'. His verbis castigari ea apparet, quae de Pygmaeis narrat Ctesias[71]: αἰδοῖον δὲ μέγα ἔχουσι, ὥστε ψαύειν τῶν σφυρῶν αὐτῶν.

Postremo ad parvam insulam advecti c. 46 (205, 15) a mulieribus pulchris, quas 'Ὀνοσκελέας' nominat scriptor, comiter recipiuntur per domos distributi. Ipse vero insidias suspicatus subito multorum hominum ossa humi iacentia animadvertit. Idem de Sirenum insula tradit Homerus Od. XII 45/6

πολὺς δ' ἀμφ' ὀστεόφιν θὶς
ἀνδρῶν πυθομένων, περὶ δὲ ῥινοὶ μινύθουσιν.

Itaque malvam illam, quam ei dederat Rhadamanthus e beatorum insula discedenti, manu tenens precatur. Deinde

71. Phot. l. c. 72 pg. 46 b 9 (Lehm. l. c. pg. 694).

dum mulier, quae eum domum receperat, cenam ministrat, conspexit ei non hominis pedes, sed asini ungulas esse. Iterum autem fabulas de Sirenibus narratas irridere videtur, quae pulcherrimis corporibus praeditae allicere viros eosque somno gravatos lacerare dicebantur (Plin. n. h. X 49, 70. Idem Lucianus fingit [207, 4] συνευνηθεῖσαι κοιμωμένοις ἐπιχειροῦμεν). Saepius autem illas mixtas ex hominum et avium corporibus fictas esse constat. Dicit enim de iis Fulgent. mit. II 8 (pg. 48 H): inde gallinaceos pedes, quia libidinis affectus omnia quae habet spargit. Pro iis Lucianus asini ungulas illis addit. Nec minus congruit earum descriptio (206, 1) 'καλαὶ πᾶσαι καὶ νεάνιδες, ποδήρεις τοὺς χιτῶνας ἐπισυρόμεναι' cum statuis eandem speciem prae se ferentibus[72].

Itaque statim gladio stricto eam comprehendit, Ulixis exemplum apud nympham Circen secutus, quae ipsa quoque comiter illlum recipit, cum commutare studeat. Uterque vero mira planta servatus mulierem aggreditur (cf. 206, 13 'καὶ δὴ σπασάμενος τὸ ξίφος συλλαμβάνω τε αὐτήν — Hom. Od. X 321

ἐγὼ δ' ἄορ ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ
Κίρκῃ ἐπήιξα, ὥς τε κτάμεναι μενεαίνων).

Nec minus ab utroque socii servantur, qua quidem re Lucianum ex eodem fonte, quo saepius usus est, hausisse affatim demonstratur. Accedit quod mulierem illam, quam dicit se comprehendisse, in aquam dilabentem facit (207, 9). Legimus enim de Circae ministris ap. Hom. Od. X 350/1

γίγνονται δ' ἄρα ταί γ' ἔκ τε κρηνέων ἀπό τ' ἀλσέων
ἔκ θ' ἱερῶν ποταμῶν, οἵ τ' εἰς ἅλαδε προρέουσιν.

72. Schrader, „Die Sirenen", Berlin 1868, pg. 72.

Ex illa insula tandem ad continentem appulsi c. 47 (207, 13) eam esse ‘ἤπειρον . . . τὴν ἀντιπέρας τῇ ὑφ᾽ ἡμῶν οἰκουμένῃ κειμένην᾽ opinantur. Quam esse Meropum illam terram apparet[73], de qua Theopompus ap. Ael. var. hist. III 18: τὴν μὲν Εὐρώπην καὶ τὴν Ἀσίαν καὶ τὴν Λιβύην νήσους εἶναι, ἃς περιρρεῖν κύκλῳ τὸν ὠκεανόν, ἤπειρον δὲ μόνην εἶναι ἐκείνην τὴν ἔξω τούτου τοῦ κόσμου᾽.

Dum vero quid faciant deliberant, magna tempestate subito navi in litore discussa aegre in terram tranant, ita ut pedibus iter continuare cogantur. Qua in re Iambuli fabula eum usum esse luculenter apparet, qui Diodoro teste (II 60) in terram eiectus ipse quoque postquam multas terras peragravit in patriam revertit.

Quod vero in fine libri omnia, quae passus erat, paucis complectitur, id historicorum scribendi genus videtur imitari. Eodem enim modo initio singulorum Cyri expeditionis librorum repetit Xenophon quae antea narraverat.

Atque etiam verbis ipsis in fine libri adhibitis historicorum usum videtur secutus esse; cf. 208, 7 ‘ταῦτα μὲν οὖν τὰ μέχρι τῆς ἑτέρας γῆς συνενεχθέντα μοι ἐν τῇ θαλάττῃ . . . τὰ δὲ ἐπὶ τῆς γῆς ἐν ταῖς ἑξῆς βίβλοις διηγήσομαι᾽. (cf. Diod. I 98 ex. ‘περὶ μὲν οὖν τῶν κατ᾽ Αἴγυπτον ἱστορουμένων καὶ μνήμης ἀξίων ἀρκεῖ τὰ ῥηθέντα· ἡμεῖς δὲ . . . τὰς ἑξῆς πράξεις καὶ μυθολογίας ἐν τῇ μετὰ ταύτην διέξιμεν. id. II 60, 4 ὁ δὲ Ἰαμβοῦλος ταῦτά τε ἀναγραφῆς ἠξίωσε κτλ.)

73. Rohde l. c. pg. 207 n.

Iam subsistit Lucianus miro itinere maritimo confecto et promisso dato alia sese esse narraturum. Quid valeret fabulando probavit cumulavitque res miras ita, ut qui audirent re vera exclamavisse viderentur ‘εὐοί᾽, id quod eos facturos esse ipse speraverat (Bacch. c. 5 ex.). Auxit vero rei admirationem imprimis illo quod dicit ‘αἰνίττεσθαι᾽ (130, 8). Apparet autem ex iis, quae disputavimus, iure quidem eum ex Homero se pendere contendisse, cuius permulta et dilucida exstant exempla. Idem dicere licet de ceteris, quos nominavit, Herodoto, Ctesia, Iambulo, qui multa suppeditant exempla quaerentibus. Accedunt pauca ex Aristophane petita, cum verbis solum perstringat Archippum poetam. Praeter eos alios sese ludibrio habuisse ipse contendit verbis I 2 (130, 10) ‘οὓς καὶ ὀνομαστὶ ἂν ἔγραφον, εἰ μὴ καὶ αὐτῷ σοι ἐκ τῆς ἀναγνώσεως φανεῖσθαι ἔμελλον᾽. Quo in numero praeter ceteros occurrunt Thucydides et Xenophon, quorum cum narrationibus tum verbis et sententiis in rebus ridiculis describendis eum usum esse locis utique locupletibus probasse nobis quidem videmur. Idem fere dicere licet de Megasthene, Hecataeo Abderita historicis, Hesiodo, Pindaro, Apollonio Rhodio poetis, Platone et Aristotele philosophis, Antonio Diogene, Ps. Callisthene, Euhemero, aliis fabularum quas dicimus Romanensium scriptoribus. Accedunt vestigia Theopompi, Sophoclis, Iuvenalis; multa denique similitudinem quandam cum Plutarcho, Diodoro, Apuleio prae se ferre nobis persuasimus, quamquam fieri non poterit, ut Luciani similia ex iis profluxisse pro certo affirmemus.

Quod idem in alia exempla quadrat Alcmanis, Ovidi, Senecae, Longini, Dionis Chrysostomi, Aeliani, quae in ambiguo relinquere coacti sumus. Praeterea videtur irrisisse

multa, quae ad deorum, imprimis Bacchi, et mortuorum cultum pertinebant, mysteria, sacra magica ac maxime quidem philosophorum placita. Atque quoniam exempla colligenda suscepimus, praeterire non licet ea, quae iterum atque saepius ex suis ipsius libris petita in ver. hist. eum quasi novarum argutiarum luminibus inflammasse repperimus. Nec vero fieri posse nobis persuasimus, ut omnia enuclearemus, quia multa perisse vidimus eorum, quibus se usum esse ipse profitetur. Levia sane videntur esse quae confecit, nec tamen carent iucunditate quadam et arte probantque dicendi eius facilitatem. Itaque non est, quod despiciamus eiusmodi nugas: dulce enim relaxare animum ‛μετὰ τὴν πολλὴν τῶν σπουδαιοτέρων ἀνάγνωσιν᾿.

Index scriptorum.

Vita.

Albertus Carolus Augustus Guilelmus Stengel natus sum a. d. XII. Kal. Nov. anni MDCCCLXV Tremoniae, Guestphalorum in oppido, patre Edgaro, matre Bertha e gente Hermanni praematura morte mihi ereptis. Fidei addictus sum evangelicae. Communis humanitatis elementis imbutus gymnasium Tremoniense evangelicum frequentavi, quod tum regebat Andreas Weidner †, vir doctissimus et sagacissimus praeceptor. Maturitatis testimonium ineunte anni MDCCCLXXXVI aestate adeptus antiquitatis Graecae Romanaeque studiis admixtis Germanicis et modice et philosophicis et historicis in Academia, quae tum nominabatur, Regia Monasteriensi per bis senos menses, in universitate Philippina Marpurgensi per senos menses me dedi. Quae studia postquam permultum temporis intermittere coactus sum, quo pueris educandis operam dedi, denuo a. MCMII in numerum civium universitatis Fridericae Guilelmae Berolinensis receptus per novies senos menses continuavi.

Examen pro fac. doc. sustinui a. MCMVIII.

Docuerunt me Monasterii viri clarissimi Langen †, Stahl †, Niehues †; deinde Marpurgi Birt, Lehmann, Fischer, Natorp, Wissowa, Niese; postremo Berolini Diels, Vahlen, Helm (nunc Rostochiensis), de Wilamowitz-Moellendorff, Wentzel, Heinze, Reich; E. Schmidt, Roethe, Roediger, R. M. Meyer, Herrmann; Paulsen †, Münch, Thiele †, Stumpf, Lasson; Lehmann-Haupt, Tangl, Sternfeld, de Sommerfeld.

Proseminarii philologi sodalis fui per sexies senos menses, quibus exercitationibus ut interessem benigne concesserunt Diels, Helm, de Wilamowitz, Heinze, Wentzel, M. C. P. Schmidt, Imelmann.

Quibus viris omnibus, imprimis Dielesio et Helmio, qui mihi auctor fuit huius commentationis scribendae atque studia mea et consilio et opera benigne adiuvit, gratias ago candidissimas nec desinam eos pia grataque colere memoria.

Commentationem absolvi a. d. XI. Kal. Mart., examen rigorosum magna cum laude sustinui Rostochii a. d. VIII. Kal. Apr. a. 1911.